

Ecclesia receptas, quas recenser. Isidorus in c. Per-
lectis, 25. d. 1. & in cap. Clerici, 21. distinct. & innovari
præcipit Tridentina Synodus in d. 6. 17. sess. 23.
13 Et quavis ratione materia sacre, circa quam
habent actum suum, tres tantum sint sacri, nempe
Presbyteratus, Diaconatus, & Subdiaconatus:
nihilominus omnes ordines Ecclesie secundum
se sunt sacri, ut declarat S. Thom. in 4. dist. 7. quest.
3. art. 1. qu. 3. & dist. 24. qu. 2. art. 1. qu. 3. utrobique
in corpore: ideoque etiam ordines minores à
Sacris Canonibus passim appellantur sacri, ut §.
Quilibet ad finem quæstionis, cap. De ordinationibus,
& cap. Quibusdam, 1. quæst. 1. & q. 3. cap. Non so-
lum in princ. cap. Infames, in fin. 6. q. 1. cap. Nul-
lus, 28. q. 1. cap. 2. 34. dist. & cap. 1. & ibi Doct. su-
pra. de sil. Presbyter, & non tantum à sacris, sed etiã
à minoribus ordinibus fit degradatio, ut in cap.
Degradatio de penis, lib. 6. & in Pontificali Rom-
ano in titulo de Degradatione, &c. & scripsi plenius
in cap. Cum contingat, n. 62. & seqq. supra, de etat.
& qualitat. Unde iure optimo constitutum est,
ut illorum ministeria à suspensis excommunicatis,
vel interdictis minime exerceantur; & sic exer-
cetes irregularitates incurrant. Et hæc est
14 vera, & communis Canonistarum sententia, quam
tenet Innoc. in cap. fin. n. 1. in ver. violare, infra de
excess. Prælat. ubi decernit interdictum violare qui
in officio suo ministrat sicut prius, & irregularita-
tem incurrere, etiam si sit in minoribus ordinibus
constitutus, puta offerendo in Missa calicem, vel
ureolum, vel aliud, quod ad officium suum spe-
ctet, vel dicendo matutinum, vel vespæras sicut
prius, per d. cap. si quis Episcopus in Concilio, & in
cap. Episcopus Presbyter, in fin. 11. qu. 3. & concord-
ant ibi totidem verbis Abbas Antiq. num. 1. in
ver. Violavit, Host. n. 2. Jo. Andr. n. 3. Butr. nu. 23. &
reliqui omnes, Speculat. in tit. de dispensat. §. iuxta,
nu. 27. ver. Hoc etiam idem concludunt, hic. Host.
d. n. 4. ver. Sed quicquid subvertitur, Jo. And. nu. 2.
in fin. Butr. n. 7. Anchar. n. 5. Abb. n. 4. & Mar. Soc.
n. 6. & idem Mar. Soc. in cap. Ad audientiam, n. 105.
supra de homicid. ubi dicit eos violare interdictum,
qui exerceant aliquid deputatum alicui ordini ec-
clesiastico hoc facientes tamquam Clerici, sive
illud faciant tamquam Sacerdotes, sive tamquam
Clerici inferiores: unde si Diaconus dicit Evan-
gelium tamquam Diaconus, vel Subdiaconus di-
cit Epistolam tamquam Subdiaconus, vel Acoly-
15 thus, efficiuntur irregulares, ut in hoc cap. Secus
verò ubi exerceat aliquid non deputatum certo
ordini ecclesiastico, ut cantare Responsorialia dice-
re psalmos & similia, non tamen principaliter of-
ficiando in Ecclesia, sed tamquam quilibet alius
laicus; quia tunc efficiuntur irregulares; &
subdit idem esse secundum Dominum suum, scilicet
Abbatem Siculum, si exerceatur aliud, quod
esset deputatum certo ordini, sed ex consuetudi-
ne exerceatur indistinctè per quemcumque etiam
non ordinatum, ut est Episcopus, quæ ex consuetudi-
ne communi dicitur sine apparatu etiam per
quemcumque: unde licet suspensus, vel excommuni-
catus, vel interdictus sine apparatu, ut alius
quilibet diceret Epistolam, non fieret irregulari-
tis, concordat Sylvest. in ver. Irregularitas, n. 15 ubi
ait: Suspenditur, excommunicatum, vel interdic-
tum in gerentem se Divinis faciendò aliquid at-
tributum certo ordini etiam minori, puta Acoly-
thatus, Exorcistæ, & huiusmodi, incurrere irregu-

laritatem, secundum communem opinionem,
dummodo id faciat tamquam Clericus, sive to-
lemniter, sicut stantent aliquid exerebile etiam
per laicos, ut quia cantat Requiem æternam, aut
verbum psalmi, & huiusmodi, quia non efficitur
irregularis; & dato etiam quod illud sit deputatũ
certo ordini, & tamen de consuetudine exerceat
per alium quemcumque indistinctè, etiam à non
ordinatis, talis exerceat non esset irregularis, sicut
modo illud exerceat sine sollemnitate, & ex Re-
centioribus Navarrus in manuali, cap. 27. num. 163.
dicens Clericum incurrere irregularitatem exer-
cendo in loco interdicto sollemniter actum depu-
tatum ordini minori, ac exerceo deputatum
majori, secundum Innoc. & communis, & dicit
sollemniter, quia aliter cantans Epistolam, terens
cereos, vel ureolos, & similia tanquam alius lai-
cus non incurrit irregularitatem, secundum om-
nes, nec dissentit S. Thom. in 4. sent. dist. 24. qu. 2.
art. 2. ad 9. ait enim, Obitrium in fisco, p. one or-
dinis accipere potestatem, ut possit ex officio ar-
cere alios ab introitu Templi, quamvis etiam hoc
ab alijs fieri possit, sed non ex officio; & mox
subdit idem esse in omnibus actibus minorũ or-
dinum, qui possunt per alios licitè fieri, quamvis
illi non habeant ad hoc officium. Repete sed non
ex officio, ut innuunt verba, idem esse, &c. Et hæc
sententiam Canonistarum probavit novissimè Si-
gnatura S. Pœnitentiariæ Apostolica habita die
20. Decemb. 1650. Censuit enim Clericos mino-
rum ordinum excommunicatos, suspensos, vel
interdictos, qui tamquam Clerici ex officio suo
exerceant actum, seu ministerium alicui ex dictis
ordinibus deputatum, irregularitatem incurrere.
18 Ad unicum fundamentum Theologorum re-
sponderetur consuetudinem, secundum quam mi-
norum ordinum functiones promittuntur exerceantur
à Clericis, & laicis, esse ab usum, & corruptelam
improbatam à Concilio Tridentino in d. 6. 17. sess.
21. ubi statuitur, ut functiones huiusmodi aliq-
uid in Ecclesia intermissæ, in usum revocentur, &
non nisi per constitutos in prædictis ordinibus
exerceantur.
19 Unde cum quidam Regulares consulerent
S. Congregationem Cardinalium ejusdem Con-
cilij Interpretum, An Monialis in missa solemnĩ
possit canere Epistolam, & Lectiões, vel saltem
vir, qui caret eo ordine superpelliceo tantum in-
dutus: S. Congregatio censuit non posse; quia
Concilium cap. 17. sess. 23. vult expressè, ut huius-
modi ministeria non nisi per constitutos in hisce
ordinibus exerceantur; & si necessitas urgeat,
20 consulendum Sanctissimum.
Rursus Generalis Ordinis Sancti Hieronymi
Hispaniarum petijt à Sacra Congregatione Con-
cilij declarationem infra scripti dubij, An dispo-
sicio cap. 17. sess. 23. quo caveatur, ne in futurum mi-
norum ordinum ministeria per alios, quam con-
stitutos in dictis ordinibus exerceantur, com-
prehendat etiam Regulares: Sacra Congregatio
censuit comprehendere.



De Cler. excomm. ministr.

Cap. Illud.

S Y M M A R I V M.

1 **E**xcommunicationis notitiam habens per famam, &
celebrans deponitur de rigore.
2 **I**LLUD. Si habens notitiam excommunica-
tionis per solam famam celebrat, debet de
rigore deponi, licet cum eo possit misericor-
diter dispensari. Hoc dicit, & est casus nota-
bilis, Abb. Sicul.
In textu ibi, Periculosum existat. Probat hæc
littera in concursu opinionum probabilium, ubi
adest periculum peccati, eligendam esse opinio-
nem tutiorem ex necessitate præcepti, inducen-
do textum, ut scripsi in cap. Ne imitari, num. 193.
supra de Constitut. quod locum habet non tantum
in materia irregularitatis, sed etiam in omni alia,
& sive dubium sit facti, sive juris, vel personæ, ut
ibi dixi, num. 152. cum pluribus seqq. & ibi plene
videas de electione opinionis probabilis, a nu. 13.
ad num. 311.

De Cler. excomm.

Cap. Postulastis

S Y M M A R I V M.

1 **C**ollatio beneficii excommunicato facta non valet,
& scienter conferens à beneficiorum collatione
suspenditur, & n. 3. & 8.
Secus si ignoranter, num. 9.
2 **C**elebrans in loco interdicto, si Clericus est à beneficio de-
ponitur; si Monachus, vel Monialis, in arctius mo-
nasterium detruditur.
3 **E**xcommunicatus tenetur cedere beneficio post excom-
municationem obtento, nec potest illud salva con-
scientia retinere.
4 **D**ispensare potest Episcopus cum excommunicato ut
retineat beneficium post excommunicationem sibi
collatum.
5 **D**um tamen non sit ille idem Episcopus, qui scienter con-
tulit.
6 **E**t quid si collatio fuerit facta per Papam, & num.
seq.
7 **C**lausula absolutiõis à censuris in litteris Apostolicis
reddat gratiam efficacem, & validam non obstante
exceptione excommunicationis.
8 **C**ollatio beneficii facta excommunicato etiam occulto est
nulla, & n. seq.
9 **O**ccultum non distinguitur à manifesto in his, que non
geruntur ratione publici officij, sed concernunt priva-
tam utilitatem excommunicati.
10 **C**ollatio beneficii facta excommunicato non tenet
etiam si communi reputatione habeatur pro abso-
luto.
11 **N**ec validatur per sequentem absolutionem.
12 **C**ollatio beneficii facta excommunicato absoluto in foro
penitentiali in vim Bullæ Cruciatæ, vel tubilæi
an sit valida, nec ne: & numeris seqq. usque in
finem.

14 **A**bsolutus in foro penitentiali in vim Bullæ Cruciatæ,
aut tubilæi non censetur absolutus in foro exteriori,
& num. 32.
15 **B**eneficij affectio est actus pertinet ad forum exter-
num.
16 **E**xcommunicatus licet absolutus in foro anime, non po-
test se immiscere Divini officij.
17 **E**t in publico debet se gerere tamquam excommunica-
tum.
18 **E**t puniri potest in foro iudiciali.
19 **F**orus conscientie, & forus iudicialis tendunt ad diver-
sos fines.
20 **E**xcommunicatus quibus penis afficitur in foro anime,
& quibus in foro externo,
Excommunicatus per absolutionem in foro peni-
tentiali, a quibus penis liberetur, ibidem, & num.
seq.
21 **A**bsolutio ab excommunicatione in foro anime non tollit
penas fori exteriori.
22 **E**lectio celebrata nudo consensu eligentium non servata
forma cap. Quia propter, suffragatur electo in
foro conscientie quoad hoc tantum, ut cedere non te-
neatur, sed non valet in foro externo.
23 **E**xcommunicatus absolutus in foro conscientie tan-
tum, parte opponente, nunquam debet admitti ad
participationem Sacramentorum, ac Divinorum
celebrationem.
24 **E**xcommunicato occulto in foro externo non impedit
beneficij affectio nem.
25 **E**xpenduntur Authores in decisione Rota allegati, &
num. seq.
26 **A**bsolvendi facultas in utroque foro satisfacta parte ali-
quando consuevit concedi in Bulla Cruciatæ, vel
tubilæi, & num. 29.
27 **P**œnitentiarij an habeant facultatem absolvendi in fo-
ro externo.
28 **A**bsolutio in foro penitentiali probatur dicto Presbyteri
attestanti se absolvisse.
29 **C**lausula, satisfacta parte, solet apponi in Bulla
quando datur facultas absolvendi in utroque
foro.
30 **A**bsolutio in foro externo ad effectum validitatis gratia
probatur dicto filio Pœnitentiarij.
31 **A**bsolutus à simonia occulta, ac dispensatus ab Episcopo
in vim Concilij Tridentini, cap. 6. sess. 24. non
censetur absolutus, ac dispensatus ad beneficia ob-
tinenda.
1 **P**OSTULASTIS. Collatio beneficii
excommunicato facta non valet, &
scienter conferens à beneficiorum colla-
tione suspenditur hoc primo. Cele-
brans in loco interdicto, si Clericus est à beneficio
deponitur: si Monachus, vel Monialis, in arctius
monasterium detruditur. Hoc secundo Jo. An-
d. Butr. Cardinal. Anchar. Abb. & Mar. Socin. se-
cunda pars ibi, Quæsitivus: & subdiviso patet.
3 **N**ota primo ibi, Conferri non possunt, collatio-
nem beneficii Ecclesiastici factam Clerico excom-
municato esse ipso iure nullam, nam ver. possunt,
præcedente negatione, tollit potentiam, & infi-
cit actum ipso iure, ut notat glot. ordinaria in
cap. Beneficium, in ver. Non potest, de reg. iur.
lib. 6. quam Bart. & scribentes omnes sequuntur
in l. Gallus, ff. de liber. & Posthum. & ibi restatur
Jafon. nu. 19. 20. & 23. & scripsi plenius in c. Cum
dilectus, num. 57. cum duobus seqq. supra de con-
suetud. Unde nec potest beneficium in excommuni-

municatione obtentum salva conscientia retine-
re, cum non fuerit canonice institutus, secundum
Abb. hic num. 2. & Mar. Socin. n. 6. nec intraverit
per ostium in ovile, sed tanquam fur, ut dicit Ro-
ta decis. 83. num. 16. & 17. par. 7. recit. Quod vi-
detur esse contra Compofellani in c. Quod si-
cut, num. 19. vers. Item dicitur, supra de elect. ubi te-
ter excommunicatum electum non teneri cedere,
licet ejus electio sit nulla, c. Cum dilectus, supra
de consuetud. Sed hoc non patitur hac Decretalis,
ut inquit Jo. Andr. hic n. 6. ad fin. Buter. n. 10. vers.
Compofell. Abb. d. n. 2. & Mar. Socin. n. 16. nam si
non potest beneficium licite retinere, ut dicitur
in littera, sequitur per necessesse, ut teneatur illud di-
mittere, & de veritate opinionis Compofellani,
vide etiam fuit Innocentij in eodem c. Quod si-
cut, Vide Archidiaconum in cap. Sicut, sub num. 1. in
ver. Firmati de elect. lib. 6.

Secundo nota ibi, misericorditer dispensatum.
Cum eo, qui in excommunicatione beneficium
est affectus, si postea fuit absolutus, posse dispē-
sari, ut illud retineat, ut in littera. Et sic nota dispē-
sationem fieri posse etiam ubi collatio non tenet
secundum Abbatem hic num. 2. vers. Nota quod dispē-
satio, & Mar. Socin. num. 6. Talis enim dispē-
satio habet vim collationis, secundum Card. n. 5.
vers. Solutio, ita ut non sit opus nova collatione,
ut per Abbatem sub n. 3. vers. Intelligit, Mar. Socin.
num. 17. & Rebuff. in gloss. n. 70. & cum tex. non
aperit a quo debeat concedi dispensatio, vide-
tur relicta potestas dispensandi Episcopo, ut hic
tenet gloss. 3. Goffred. & Innoc. in princ. dicens:
(Cum Papa non retineat dispensationem sibi,
Episcopus dispensare potest.) cap. Super, infra de
sent. excomm. Abb. num. 3. Marian. Socin. num. 15. Re-
buff. num. 4. Speculator. in tit. de dispensat. §. Nunc
de Episcoporum, vers. 16. Covar. in c. Alma mater, par.
1. §. 7. num. 2. de sent. excomm. lib. 6. sed hoc notabiliter
limitat Abb. hic n. 9. & Mar. Socin. num. 16. in fin.
Dummodo non sit ille idem Episcopus, qui
sciens contulit, quia cum ipse peccaverit in
conferendo, non est dignus hac potestate dis-
pensandi, ut patet in simili de Episcopo simonia-
co in c. Presentium, a. q. 1. §. 5. Item limitant, licet
sub dubio, nisi collatio fuisset excommunicato
facta per Papam, quia tunc inferior non posset
forte dispensare ex quo manum appoluit, sicut
dicimus in eo, quem ipse ordinavit: nam alius in-
ferior sine ipsius licentia non potest ipsum ad su-
periores Ordines promovere, ut in c. Cum in di-
stribuendis, supra de tempor. Ordinat. Sed ut adverte-
te, quia hic casus, ut Papa conferat beneficium
excommunicato, non videtur posse contingere,
cum in omnibus litteris provisionis
Papalis apponatur clausula absolutiois à cen-
suris per illa verba: Teque a quibusvis, &c. per quam
redditur gratia efficax, & valida, non obstante ex-
ceptione excommunicationis, ut hic notat Re-
buff. num. 67. cum seqq. & in prax. Benef. in
formis, & declarat. nova provisioni, in ver. Teque ab-
solutentes num. 1. & seq. Felin. in cap. Apostolica, nu.
1. vers. Et idem de absolut. & ibi etiam Decius,
num. 6. de except. Covar. in d. c. Alma mater, p. 1.
§. 7. num. 3. ad fin. Boer. decis. 290. per totam. Navar.
in cap. Ha. Quorandam, in 11. not. à num. 14. de
judic.

Tertio nota in ver. Illi verò. Penam impo-
nendam Prælato, qui Clerico excommunicato

beneficium contulit: nam si sciens hoc fecerit,
debet suspendi à collatione beneficiorum, ut pu-
niatur in eo, in quo peccavit, ut in textu, & notat
Bernardus post casum. Jo. Andr. Buter. Anchar. &
omnes supra in summo. Neque hoc casu requiritur
ulla monitio, quia lumen extra calum c. Grare,
de praben. secundum Abb. hic n. 3. Ergo à contra-
rio si contulit ignoranter, nullam penam incur-
rit, sed tamen collatio facta non tenet, arg. c. fin.
infra eodem, & c. Cum dilectus, de consuet. ut per
Host. hic num. 2. in ver. Sciens, Jo. Andr. eodem
num. & ver. & Abb. n. 3. in fin. vers. Sed si ignoranter,
& satis probatur in littera: nam ubi agitur de
pena infligenda Prælato, qui excommunicato
contulit beneficium, textus adjicit verb. sciens,
& loquitur de dolosis, & temerarijs collatoribus
ut innuunt verba illa, delinquere praesumpserunt.
Sed in par. ubi agit de viribus collationis bene-
ficij factæ excommunicato, non utitur verbo,
sciens, sed simpliciter, & absolute decidit colla-
tionem non valere. Ergo voluit id habere lo-
cum sive collatio fuerit facta sciens, sive
ignoranter; alioquin si voluisset solum habere
locum quando sciens, id expressisset, sicut so-
cit in 2. par. arg. c. Inter corporales, §. Sed neque;
vers. Unde si circa, supra de trans. Episcop. Facit
quod notat Baldus in c. Innotuit, num. 8. de elect. ubi
per illum textum inquit (quamvis ignorantia ex-
cuset à pena, non tamen dat robur alijs invali-
do) Et probatur in c. A nobis, inducendo illud, ut
ibi dixi num. 49. supra de simon. Item ad hoc facit
ratio, quia in his, quæ non geruntur ratione pu-
blici officij, sed concernunt privatam utilitatem
ipsius excommunicati, vel alterius, non est diffe-
rentia inter occultum, & manifestum, ut hic tra-
dit Abbas num. 4. & sequuntur Navar. in manua.
li cap. 27. num. 21. & 271. & 273. & conf. 13. num. 4.
sub hoc titulo. Covar. in d. cap. Alma mater, §. 7.
num. 2. vers. Hac principalis, Mandol. de signat. Grat.
in de provis. vers. Clausula & cum absolute à censu-
ris, Callador. dicens hanc esse communem theo-
ricam decis. 1. num. 4. de praben. Cæsar de Grassis
dec. 2. num. 12. de sentent. excomm. Put. decis.
67. lib. 1. sed et si excommunicatus communi o-
pinione reputetur pro absoluto, nihilominus ir-
rita est collatio eidem facta, quia in hac materia,
in qua agitur ut excommunicatus sit incapax ad
obtinendum beneficium, non habet locum lex
Barbarius, §. de off. Prælat. sed veritas opinionis præ-
fertur, ut notat glossa final. in cap. Sacer. de sentent.
excomm. lib. 6. Abbas in cap. Passoribus, §. Verum,
nu. 15. & ibi etiam Franch. num. 11. de appellatione,
Rebuff. hic num. 61. Callador. d. dist. 1. num. 4. de
prabendis.

Nec suffragatur excommunicato post collatio-
nem beneficij fuerit absolutus, per hoc enim non
tollitur incapacitas, quæ collationem præcellit,
quia in his spectatur initium, cap. Dilectum, si primo
supra de elect. Rebuff. hic num. 50. Covar. d. dist. §. 7.
sub num. 2. vers. septimo, Rot. decis. 83. num. 11. & 18.
par. 7. recit. nisi aliud appareat ex amplitudine
clausularum mandati pro absolute impetrati,
ut ibi dicitur num. 12.

Sed QUÆRITUR, An beneficij collatio facta
excommunicato absoluto in foro peniten-
tiali in vim Bullæ Cruciatæ, vel Jubilæi, sit valida,
nec ne.

Receptissima est opinio, quàm S. Congregatio
Concilij

Concilij sequuta est, & admittit Rota in
hac decisione, Absolutum in foro penitentiali in
vim Bullæ Cruciatæ, aut Jubilæi, non ceteri abso-
lutum in foro exteriori, ut suffus patebit infra n.
32. Hinc autem sequitur, ut nulla sit collatio bene-
ficij facta excommunicato absoluto in foro con-
scientiæ tantum, quia actus affectiois beneficij
proprie spectat ad forum externum, Covar. in d.
c. Alma Mater, in prima parte, §. 7. in princ. ubi asserit
inter alios excommunicationis majoris effe-
ctum quoad exteriora unum esse, quod collatio
beneficij facta excommunicato nulla est ipso jure,
ut in hac Decretali: quod tres habet rationes.
Prima est, quia beneficium datur propter officium,
cap. Cum secundum de praben. cap. ult. de rescript.
lib. 6. Sed excommunicatus licet absolutus in foro
penitentiali, non habet officij executionem, ut
pluribus probat Covar. in d. c. Alma mater, par. 1.
§. 11. num. 16. vers. Tertio circa idem. Ergo bene-
ficium Ecclesiasticum ei conferri non potest. Quo
argumento utitur ad litteram idem Covar. in
d. §. 7. in princ. Secunda ratio colligitur ex hoc
cap. ubi Abbas post. num. 1. (Nota, inquit primo
in principio litteræ, quod cui denegatur aliquid,
denegatur & omne id, per quod pervenit ad il-
lud, l. Oratio, §. de sponsal. nam ex eo, quod excom-
municato denegatur communicatio, non possunt ei
conferri beneficia, quia sine communione non po-
test beneficia adipisci, nec in eis administrare,) &
concordat totidem verbis Mar. Socin. in primo
not. ab. Sed excommunicato quamvis sit absolutus
in foro conscientiæ, & quoad Eccl. est am de-
negatur communicatio, & debet se gerere in publico tan-
quam excommunicatum, ut per Covar. in loco præ-
sente citato: & novissime censuit S. Congregatio
Immunitatis in Aula Mediolanen. ut in litteris
hac de re scriptis ad Vicarium Capituli sede vacante:
ergo nec potest ei beneficium conferri.
Ultima ratio similiter desumitur ex verbis Abba-
tis in cap. De his, ante num. 4. supra de accusat. ubi
reddens rationem quare absolutus à Confessore
possit iterum puniri in foro judiciali, inquit: (Nā
pro delictis imponitur penitentia in foro ani-
mæ, ut satisfaciatur Deo, & animæ: ideoque puni-
tur à Confessore suo tantum ubi deliquit, c. Pla-
cent, 21. q. 5. Item puniuntur in foro contentioso, seu
judiciali, quia legit Republicam, ut l. Locatio, §.
Quod iudicet, ff. de publican. & vestigat. Cum ergo ista
tendant ad diversos effectus, impositio unius nō
impeditur per impositionem alterius.) Hæc
tenus verba Abbatis.

Excommunicatus autem dupliciter puniuntur,
primo scilicet in foro animæ, & quo ad Deum, quia
privatur suffragio Ecclesiæ, ut ait Richard. in 4.
sentent. dist. 18. art. 7. quasi 2. & excluditur à regno
coelorum, cap. Quicumque, 24. q. 1. Ab his penis
liberatur per absolutionem in foro penitentiali.
Deinde puniuntur in foro externo, & quoad Ecclē-
siam, quia efficitur infamis, cap. Infames, 6. q. 1. Ex-
cluditur ab ecclesiastica sepultura, cap. Sacer. de
sepultur. A communione fidelium, cap. Sicut, 11.
q. 3. A divinis officijs, cap. Quod in re, de panit. &
remiss. & Sacramentis Ecclesiæ, c. Engeltruda, 3. q.
4. Et redditur inhabilis ad beneficia acquirenda,
ut hic in textu. Et hujusmodi penæ cum re-
spiciant Ecclesiam militantem, nullatenus tol-
luntur per absolutionem in foro animæ, & idem
Abbas in d. cap. De his, num. 5. in 2. limitat, de ac-
-

enfat. & sequuntur Marant. de ordin. iudic. in 6. par.
num. 87. Covar. in d. cap. Alma mater, in 1. par. §.
11. num. 16. & lib. 2. var. resolut. cap. 10. num. 3. &
Franc. Penia Rotæ Auditor in Director. Inquisit.
Schol. 20.

Sed esto beneficij collatio facta absoluto in
vim Cruciatæ sustineri possit, ita ut provifus non
teneatur se beneficio abdicare quoad Deum, & in
foro animæ: tamen non debet ceteri, ac pronū-
ciari valida in iudicio exteriori, & contentioso,
exemplo electionis celebratæ ex nudo consensu
eligentium non servata forma à jure canonico
præscripta, quæ licet suffragetur electo in foro
conscientiæ, adeo ut cedere non teneatur, non ta-
men valida est in foro exteriori, secundum Inno-
cent. in c. Quod sicut, num. 3. de elect. & in cap. Si celebrat,
num. 7. infra eodem, quem sequitur Abb. in cap. 1.
in fin. de rescript. spoliat. Anchar. in reg. Beneficium, in
7. q. de reg. iur. lib. 6. & alij apud Felin. qui plura ex-
empla his similia congerit in cap. 1. num. 36. in 6.
fall. de Constitut.

Hoc autem multò clariùs procedit parte op-
ponente in casu decisionis Rotæ, in quo pars ob-
ijcit beneficij affectiois impedimentum excom-
municationis: tunc enim absolutus in foro con-
scientiæ numquam admitti debet ad participatio-
nem Sacramentorum, ac Divinorum celebratio-
nem, & consequenter nec ad affectioem bene-
ficij, quod datur propter officium, ut dictum est.
Et hanc opinionem parte opponente sequuntur etiā
Auctores contrariæ sententiæ, & in specie Navar.
conf. 47. An Mendicantes, n. 4. de sent. excomm.

Ac demum quemadmodum excommunicatio
occulta nihil operatur in exteriori iudicio, nec
impedit beneficij affectioem, Jo. Andr. post Flo-
rentin. in cap. Sivero, in gloss. in ver. Executionem §.
quem Abb. & alij sequuntur de sentent. excomm. Ita
nec absolutio occulta, id est in foro secreto, &
penitentiali operari debet, ut beneficij affectio
valida sit in foro externo. Eadem enim vis ligan-
di, atque solvendi, cap. Verbum de panit. dist. 1. cap.
Cum inferior, de minor. & obedient.

Neque his obstant auctoritates in decisione
Rotæ allegatæ: siquidem omnes supponunt Pen-
nitentiarium eo casu habuisse facultatem absol-
vendi in utroque foro: quæ quidem facultas in a-
liquis calibus satisfacta parte consuevit conce-
di in litteris Cruciatæ, vel Jubilæi, ut testatur
Covar. in d. cap. Alma mater, par. 1. §. 11. num. 16.
vers. Hac deinde opinio, & Navar. d. conf. 47. n. 3. de
sent. excomm. Etenim Calderin. querit an abso-
lutio ad effectum validitatis impetrationis bene-
ficij probetur dicto Penitentiario, & respondet his
verbis: (Sed salvo saniori consilio, dico absolu-
tionem probatam, dummodo tamen Penitentiario
hanc facultatem habeat, quam videtur habere,
quia Episcopi hoc casu habent, & ipsos Peni-
tentarios puto habere in absolvendo potestatem
ipsorum Episcoporum, id est quam Episcopi ha-
bent de jure communi, quia ex generali potestate
vicem Papæ gerunt. In hoc tamen Curia Roma-
na declarat.) Itaque Calder. non disputat ibi an
absolutus à Penitentiario sit capax beneficij, sup-
ponit enim simpliciter esse capacem, dummodo
Penitentiarius habeat potestatem absolvendi,
quam habent Episcopi de jure communi, id est in
utroque foro, & in hoc remittit se iudicio Ecclesiæ
Romanæ, sed solum insillit in ea absolute, qua-

tenus vim habeat in utroque foro, probatur testimonio solius Penitentiarij; & pluribus ostendit probari, & respondet obiectis.

28 Rota similiter decis 573. *diversor*, dum decidit absolutionem in foro penitentiali ad effectum validitatis gratiz probavi testimonio Presbyteri dicentis se absolvisse vigore Cruciatz, supponit potius eo casu illum Presbyterum habuisse facultatem in utroque foro absolvendi. Quod inde colligitur, quod Rota tibi asserit absolutionem concessam fuisse parte prius satisfacta. In Bulla enim

29 Cruciatz clausula, *satisfacta parte*, solet potissimum opponi, ubi datur Confessario facultas absolvendi etiam in foro exteriori: quod satis colligitur in literis Jubilz. fel. rec. Pij V. publicatis anno 1568.

30 Crescentius vero decis. 14. *de probat. alias* 63. longe apertius supponit in suo casu concessam fuisse à Penitentiaro facultatem absolvendi etiam in foro externo, & decidit illam probari ad effectum validitatis gratiz per solum Penitentiarium. Ait enim; absolutionem etiam in foro contentioso ad effectum validitatis gratiz sufficit probare per solum Penitentiarium dicentem se absolvisse à censuris. Verba enim illa *absolutionem etiam in foro contentioso ad effectum validitatis gratia*, duo videntur supponere, id est absolutionem eo casu fuisse concessam à Penitentiaro habere potestatem absolvendi etiam in foro exteriori esse necessariam ad effectum validitatis gratiz. Itaque solus Navarr. *d. conf. 47. de sent. excomm. nulla*, vel ratione, vel auctoritate suffultus, sed obiter asserit auctoritatem in foro conscientie tantum operari, ut absolutus obtinere possit beneficia sibi canonicè collata; & tamen ipsemet *n. 4.* declarat hoc non procedere parte opponente; & oppositum absolute sentit in *conf. 49. incipien. Quidam in loco. ead. tit. ubi respondet excommunicatum absolutum à Confessario virtute Cruciatz non esse capacem beneficii, nisi non solum parti satisfecerit, verum etiam ab Ordinario excommunicatore absolutionem impetraverit.*

31 Et hanc sententiam satis probavit S. Congregatio Concilij in terminis *c. 6. sess. 24.* quo tribuitur Episcopis facultas absolvendi in foro conscientie tantum, ac dispensandi in irregularitatibus ex occulto delicto provenientibus; censuit enim absolutum à simonia occultis, ac dispensatum in vim *d. c. 6.* non censeri absolutum, ac dispensatum ad beneficia obtinenda.

32 Subsequitur nunc declaratio ejusdem S. Congregationis, de qua mentio facta est supra *nu. 14.* An virtute Bullarum, seu privilegiorum Apostolicorum, quibus datur Confessario facultas absolvendi penitentes à censuris, si iisdem Bullis, ac privilegij expressum non sit, ut penitentes absolvi possint in utroque foro, licet à Regularibus saltem satisfacta parte, absolvere quemquam à censuris quoad forum externum, & contentiosum, Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum censuit Regulares nequaquam posse in vim privilegiorum, seu litterarum Apostolicarum ejusmodi, etiam satisfacta parte, absolvere penitentes à censuris quoad externum, & judiciale forum, & absolutum ab eis in foro conscientie, & penitentiali, utique non censeri absolutum in judicio exteriori, & contentioso; quoniam censuris ecclesiasticis irretitos, denunciatos cogi posse à Locorum Ordinariis gerere se pro ta-

libus, etiam si à Regularibus ut supra absolutionem obtinuerint.

De Clerico per saltum promotio.

Cap. Tua littera.

S V M M A R I U M.

- 1 Subdiaconus qui ignoranter per saltum sit Presbyter, post penitentiam in Diaconum ordinatur, & deinceps poterit secum in Sacerdotio dispensari.
- 2 Ordo Presbyteratus non præquirat ex necessitate Sacramenti ordinem Diaconatus.
- 3 Ordinatus ad sacros Ordines pratermissis Minoribus characterem recipit, & numero seq. usque ad num. 6.
- 4 Preposteratè facti saltum non vitat.
- 5 Ordines minores fuerunt in primitiva Ecclesia ex institutione Christi.
- 6 Episcopatu Ordo an præquirat characterem Presbyteralem ex necessitate Sacramenti.
- 7 Presbyter est capax consecrationis Episcopatus, licet non sit Diaconus, vel Subdiaconus.
- 8 Episcopus si conferat ordinem Diaconatus, vel Subdiaconatus, quem non habet, characterem non imprimi.
- 9 Ordinatio in Presbyterum conferendi sunt ordines inferiores, de quibus ignoratur an fuerint collati.
- Iteratum non intelligitur quod saltum esse nescitur. *ibidem.*
- 10 Ordo cum dubitatur an fuerit collatus ab Episcopo, conferri debet sub conditione, & *n. 15.*
- 11 Sine dubium sit facti, sive iuris.
- 12 Ordinatus per saltum si nolit ministrare, non debet præcè cogi suscipere Ordinem pratermissum.
- 13 Ordines sacri non requirunt unanimitatis ex necessitate Sacramenti, sed ex necessitate præcepti tantum.
- 14 Aetas discretionis quandoque dicitur post septennium, sed regulariter post annum decimumquartum in masculo, & duodecimum in feminina.
- 15 Ordinatus ante aetatem legitimam an recipiat characterem si Episcopus publico edicto protestatus fuerit se nolle Ordines conferre nisi in legitima aetate constitutus.
- 16 Dispensare potest Episcopus cum Presbytero ordinato per saltum si posteaquam penitentiam egerit, & ordinem omnium receperit, in Presbyteratu ministraret.
- Et quid si ordinatus fuerit scienter, & dolose, *ibid. vers. Verum Hostienis.*
- 17 Et quid si ministraverit in Ordine, quo carebat, & *num. 20.*
- Et quid post Concilium Tridentinum, *n. 21.*
- 18 Dispensare quis possit cum ordinato per saltum post annum aetatis decimumquartum.
- Ignorantia crassa, & supina non excusat, *ibidem*, & *n. seq.*
- 19 Ignorantia non est tolerabilis in facto proprio, maxime recentis, & solenni.
- 20 Ordinatus per saltum si ministraverit habetur pro non ordinato in sui præiudicium, nec potest eligi

- 21 In Episcopum.
- 22 Ordinatus per saltum est ipso iure suspensus ab executione Ordinum, ac si ministraverit irregularitatem incurrit, & *n. seq.*
- 23 Irregularis efficitur qui ministrat in Ordine, à quo est suspensus.
- 24 Dispensare an hodie possit Episcopus cum scienter ordinato per saltum.
- 25 Lex nova superveniens in materia disposita per leges antiquas quacumque generaliter loquatur, tamen distinguitur prout distinguebant leges antiquae.
- 26 Interpretatio passiva admittitur in omni materia.
- 27 Ordinatus in sacris ante annos discretionis ad aetatem legitimam perveniens an continere renouatissimè discutitur usque in finem.
- Quid si factus adultus ordinationem suam ratificavit expressè, *n. 40.*
- Et quid si tacite eo quod velit in ordine remanere, & nisi privilegij clericali, *n. 42. & 69.*
- Et quid si ordinatus ante usum rationis postea contraxerit, & in contradictione perseveraverit tam ante, quam post finem decimiquarti anni, *num. 50.*
- Et quid si post usum rationis usque ad finem decimiquarti anni tacuit, sed postea infra triiduum reclamavit, *n. 52.*
- Et quid in casu converso, *n. 53.*
- Et quid si semper tacuit, & habuit se mirè negativè, *num. 54.*
- Item quid si tempore ordinationis erat ad deli. capax, & post susceptum ordinem statim contraxerit, & perseveraverit in contradictione usque ad finem decimiquarti anni, sed postea tacuit, *n. 70.*
- Et quid in casu converso, *n. 73.*
- Et quid si consensus tantomodo ante susceptionem ordinis, postea vero nec consensit, nec dissentit, *num. 74.*
- 28 Opiniones Doctorum referuntur de continentia ordinati ante annos discretionis, & *num. seq. usque ad num. 40.*
- 29 Doli capax & Voto, & Sacramento se obligare potest.
- Declaratur *num. 32. & num. 35.*
- 30 Ordo facit quod votum facere non possit.
- Contrarium *n. 51. & 68.*
- 31 Virginitas est voti, non præcepti, & *n. 51.*
- 32 Voto continentia nec tacite, nec expressè potest quis se adstringere ante quatuordecim annos, & *num. 45. & 69.*
- 33 Ordinatus ante annos discretionis, qui nec ante, nec post finem decimiquarti anni infra triiduum contradixit, censetur ratificare, & *n. 38. & 74.*
- 34 Nec est opus interrogare ordinatum an velit continere, nec.
- 35 Secus in professione, & *cur. & num. seq. & 78. in fine.*
- 36 Votum tam professionis, quam continentia expressè, & tacite ratificari potest.
- 37 Taciturnitas ratificationem non inducit, & *num. 76. Declaratur num. 38. usque ad n. 65.*
- 38 Ratificans ordinem sacrum ante annos discretionis susceptum non potest valide matrimonium contrahere.
- 39 Antè ratificatio huiusmodi hodie fieri potest ante annum decimumsexm expletum, & *num. seq. usque ad n. 48.*
- 40 Votum castitatis hodie tam expressè, quam tacite

- feripotes à maiore anni quatuordecim, sicut poterat ante Concilium Tridentinum, & *num. seq.*
- 41 Professio Regularis maiorem requirit deliberationem, quam votum continentia.
- 42 Irregularitas observatione gravitas est, & labor.
- 43 Impubes potest ad alia vota se obligare, non autem ad votum continentia, & *cur.*
- 44 Votum continentia facilius intraducitur in eo, qui characterem habet Ordinis sacri, quam in ingresso in Monasterium, qui Monachus non est.
- 45 Lex exorbitans à iure communi non extenditur ultra casum expressum etiam ex identitate rationis.
- 46 Ratificatio tacite obligat ad votum continentia ordinis sacro annexum, sicut expressè.
- 47 Idem in professione sponsalibus, & matrimonio.
- 48 Consensus liber votensis est de intrinseca ratione voti.
- 49 Ecclesia non potest quemquam invitum obligare ad votum continentia.
- 50 Puer in curia ordinato non præiudicatur si adveniente aetate adulta contraxerit, vers. Idem apertius tenet Hugo, & *n. seq.*
- 51 Taciturnitas an, & quando habeatur pro consensu.
- 52 Et quid in præiudicialibus, & ubi agitur de obligatione inducenda.
- 53 Et quid si consensus taciturnitate concurrat actus positivus, & *n. seq. usque ad n. 65.*
- Et quid in favorabilibus, *n. 67.*
- 54 Intellectus cap. Diaconus, 27. distin.
- Ordinem sacrum suscipiens tenetur continere, licet ante ordinationem professus fuerit se nolle continere vivere, *ibidem.*
- 55 Commexorum alterum recipiens censetur ad alterum se obligare.
- 56 Intellectus cap. Si forte, 65. distin.
- 57 Litteras recipiens, & legens censetur eo ipso illas approbare, & debitum confiteri.
- 58 Cætera mirabilia ad extorquendam confessionem à debitoribus.
- 59 Professio ante annos discretionis emissà an, & quando post aetatem legitimam censetur tacite ratificata, & *n. 76.*
- 60 Ratificatio actus nulli ex defectu consensus per solam remotionem impediendi non inducitur, & *num. 84.*
- 61 Sponsalia contracta ante usum rationis per superveniens aetatem non convalescunt, nisi verbo vel factis ratificentur.
- 62 Matrimonium metu contractum in aetate immobilis à iure communi convalescit per copulam subsequentem, non autem per solam remotionem impediendi.
- 63 Ordini sacro annexum est votum continentia ex Constitutione Ecclesie, & *n. 77.*
- 64 Nisi impediatur defectus aetatis.
- 65 Ordinationis sua contradiens ante decimumquartum annum censetur postea in priori consensu perditum, & *n. seq.*
- Idem in casu converso, *n. 75.*
- 66 Voluntatem inmutatam allegans probare debet, & *n. 75.*
- 67 Votum à viro emissum uxore contradicente statim ea mortua ex perseverantia in Monasterio solemnizatur.
- 68 Votum virginitatis firmatur ex quo aetas iam

- adulta esse capit.
- 77 Votum continentia inest professioni de sui natura, & est de ipsius substantia.
- 78 Ratificatio inducitur propter precedentis actus continuationem.
- 79 Ratificatio Ordinis ante annos discretionis suscepti inducitur eo ipso quod ordinatus post pubertatem infra triennium non reclamavit.
- 80 Furiosus habens dilucida intervalla in Subdiaconum ordinatus an continere teneatur, & an sit ei concedenda dispensatio ut possit contrahere matrimonium.
- 81 Et quid si dum erat mentis compos intentionem habuit suscipiendi Diaconatum.
- 82 Et quid si tempore susceptionis non agitabatur furor.
- 83 Et quid in dubio.

TUAE LITTERAE. Qui ignoranter per saltum de Subdiacono in Presbyter. post penitentiam in Diaconum ordinatur, & denum secum poterit in Sacerdotio dispensari. Hoc dicit secundum omnes. Communis divisio. Secunda ibi, Mandamus.

Nota primò ex hac Decretali ordinem Sacerdotalem non prærequirere ex necessitate Sacramentali characterem ordinis Diaconatus quod aperte probatur hic, quia ordinatus in Presbyterum prætermisso Diaconatu non jubetur iterum ordinari ad ordinem presbyteratus. Imo postquam penitentiam peregerit, & Diaconatum suscepit, ex misericordia permittitur ministrare in ordine Sacerdotali, ut hic in fine: & sic character Presbyteralis fuit absque dubio impressus, & præpositio non obviat: ad idem textus in c. sollicitudo, 52. dist. in.

Hoc autem procedit non tantum si solus ordo Diaconatus fuerit ommissus, sed etiam si omisi fuerint reliqui inferiores ordines: nam et si Hugo relatus hic in glol. fin. tenuerit laicum ordinatum ad sacros ordines nihil recipere, eo quod sicut viri, & mulieris conjunctio unum perficit corpus; ita Clericatus, & Sacerdotium unum faciunt Presbyterum, ut legitur in cap. Sicut, 40. dist. in. tamen oppositum docuit Vincentius: nam secundum eum etiam si quis nullum habeat ex minoribus ordinibus, tamen si promoveatur ad sacros, utique ordinem recipit. Et hanc opinionem Vincentij sequuntur hic glol. fin. Hostien. num. 2. Jo. Andr. num. 6. in fine, dicens idem tenere Petrum Hispanen & Gostredum. Itē Marian Socin. in 1. notab; idem firmat glol. unica in d. cap. sollicitudo, 72. dist. in. quæ hinc colligit præpositio facti factum non vitare. Et Innocen. in cap. 1. de presbyt. non bapt. ubi hoc probat ea ratione, quia tempore Apostolorum in primitiva Ecclesia non erant minores Ordines; Ecclesia enim ipsos primò constituit, cap. 1. 22. dist. in. & tamen ipsi Apostoli fuerunt Sacerdotes, cap. In novo, 21. dist. in. Ad hanc tamen rationem Innocentij respondet hic Jo. Andr. nu. 7. Ordines Minores fuisse institutos ab Ecclesia antequam aliquis Apostolus ordinaretur; quod etiam videtur sonare illa littera.

Sed tu adverte ad id, quod ait Innocentius Ordines minores non fuisse in primitiva Ecclesia nam oppositum docuit S. Tridentina Synodus sess. 23. de Sacram. Ordin. cap. 2. ibi: (Et ab ipso Ec-

clesia initio sequentium ordinum nomina, atque unius cujusque eorum propria ministeria, Subdiaconi scilicet, Acolythi, Exorcistæ, Leetoribus, & Ostiarij in usu fuisse cognoscuntur.) Itē quod subijcit ordines minores fuisse ab Ecclesia institutos, periculosum est, ut probavi latissimè in cap. Cum contingat, a num. 72. supra de etat. & qualitat. Nec obstat textus in d. cap. 1. 22. dist. in. quia non loquitur de Ordinibus, sed de Dignitatibus, quas omnes instituit Romana Ecclesia. Alioquin si de Ordinibus loqueretur, Ordo Episcopalis, de quo ibi fit mentio, esset ex Constitutione Ecclesie, non autem ex ordinatione divina, quod est. & hereticum assurrare, ut in decreto Concilij Tridentini sess. 23. de Sacram. Ordin. can. 6. & scriptum in c. 1. n. 9. supra de ordinat. ab Episc. & plenius in cap. Quantum. de Constitud. Præterea Dominus Sacramentum Ordinis instituit, & Apostolos ordinavit Sacerdotes in Cæna, cum dixit eis, Hoc facite in meam commemorationem, ut per D. Thom. in c. 1. n. 9. dist. 24. q. 2. art. 3. ad 2. & Turrecr. in cap. Presbyter n. 2. 23. dist. in. & distinitum est à Tridentina Synodo sess. 22. de Sacram. Ordin. cap. 1. & can. 2. Unde quod dicit Jo. Andr. Ecclesiam instituisse minores Ordines antequam Apostoli ordinarentur, hoc dicit error. Quidquid tamen sit de dictis Innocentij, & Jo. Andr. prædicta conclusio quod ordo Sacerdotalis non prærequirit characterem aliorum ordinum ex necessitate Sacramenti, verissima est, quia potestates sunt distinctæ, ut docet S. Thom. in 4. dist. 24. q. 2. art. 2. qu. 5. S. Bonav. ead. dist. in. qu. 3. Raymund Petr. de Palud. Altensis, & ceteri Theologi, ut hic testatur Henric Boich col. 3. in princip. vers. aut est masculus, & Sylvest. in ver. Ordo, 2. num. 1. vers. Nec etiam, & ex recentioribus Toletus in summi. lib. 1. cap. 50. vers. Alterum est, quam etiam sequuntur communiter DD. hic teste Abbate n. 4.

Cæterum quamvis hæc ita se habeant in Ordine Presbyteratus, non transeunt tamen absq; difficultate in Ordine Episcopali: nam Bartholom. Brixienfis in cap. sollicitudo, 52. dist. in. ubi notatur in glol. unica in fine, opinatus est laicum recipere Ordinem Episcopatus, & characterem imprimi, si ei conferatur in forma Ecclesie ab eo, qui potestatem habet. arg. hujus Decretalis; & hoc placet hic Joanni Andr. in fine; id ipsum post Hugonem tenet Archid. in c. Subdiaconus, 77. dist. in. ubi sic ait: (Imò plus dico, quod in cum potest puer esse Sacerdos, & Episcopus, & omnes Ordines recipere secundum Hugonem) & hanc partem pluribus hic tuetur Henr. Boich. col. 3. vers. Tu dicis, ubi etiam respondet ad text. in cap. Ex litteris; infra de excess. Prælat. pro qua etiam concludit Præpos. in d. cap. Subdiaconus, n. 4. dicens: (Ista argumenta Theologorum procedunt retento quod Episcopatus non sit Ordo per se separatus à Sacerdotali, sed quædam uberior facultas. Sed retenta opinione Canonistarum, quam tenui in cap. 1. 21. dist. in. scilicet quod Episcopatus sit Ordo separatus, & imprimat suum characterem; illa opinio non procederet, quia imò imprimeretur character, & est eadem ratio, quæ in Ordine Sacerdotali.) Hæc Præpositus. Et ita communiter teneri affirmat Abb. hic n. 5. vers. Quoad secundam Veritas tamen est prædictam opinionem nec communiem, nec veram videri: quoniam Canonistæ ferè omnes, excepto Bartholomæo Brixienfi, & alijs

alljs præallegatis, oppositum tenuerunt, nempe Vincentius, Petrus Hispanen, Gostredus, Joannes, Bernardus, Innocentius, & Hostienis supracitati num. 3. & in cap. Indecorum, de etat. & qualitat. Petr. de Sampson, & Abb. Antiqu. num. 2. Jo. Andr. n. 10. Bellam. num. 15. vers. Probatur hoc, Butr. num. 8. vers. Ordo sacer. & Anchar. num. 2. vers. Nam & Presbyter. Item Turrecr. in d. cap. sollicitudo, 52. dist. in. Et hujus opinionis esse omnes ferè Doctores scripti R. ymun. in cap. Gratia, 1. q. 3. ut refert Turrecr. ubi supra: quæ etiam veriorum esse dicit glol. fin. hic, per text. in cap. Ex litteris, §. Cum igitur, ibi. (Num igitur Pontificale officium sine Altaris ministerio, &c. infra de excess. Prælat. & Sylvest. loco citato. De cuius veritate plura scripti in d. cap. 1. de ordin. ab Episc. ubi etiam nu. 21. Posui rationem diversitatis cur Ordo sacerdotalis non prærequiritur characterem aliorum Ordinum ex necessitate Sacramenti, & tamen Episcopatus prærequirit characterem presbyteralem ex necessitate consecrationis.

Adverte tamen, quia et si non habens Ordinem sacerdotalem non sit capax consecrationis Episcopalis; tamen qui Sacerdos est, potest consecrari Episcopus, licet Ordinem Diaconatus, vel Subdiaconatus, aut alios inferiores non habeat. Sed priusquam exequatur, supplendum est id, quod deest, ut hic, & in d. cap. sollicitudo, 52. dist. in. Quod si Episcopus daret Ordinem Subdiaconatus, vel Diaconatus, quem non habet, nihil conferret, argumen. cap. Gratia, & cap. Ventum est, 1. q. 1. cap. Diciturum, 1. q. 7. & cap. Quomodo, de consecr. dist. 4. & notat hic glol. fin. Hostien. n. 2. vers. Hunc autem recipit, & alij supracitati.

Secundo nota ibi, in Diaconum ordinare præter: ordinato in Presbyterum esse conferendos inferiores ordines, de quibus ignoratur an fuerint collati, necne. Rationem habes in littera, quia nõ intelligitur iteratum quod factum esse necitur; quasi dicat quavis Sacramentum Ordinis non sit iterabile, cap. 1. & cap. fin. sup. de Sacramen. non iterat. Concil. Trident. sess. 7. de Sacram. can. 9. Tamen non dicitur iterari ordo, qui necitur esse collatus: concordat cap. Ecclesia, & cap. solemnitates, de consecr. dist. 1. & cap. Placuit, de consecr. dist. 4.

Episcopus autem ratione dubij præmittere poterit hæc verba, videlicet: (Si tu es ordinatus in Diaconum non te ordino.) & nil dare, vel recipere intendat. (Si verò non es ordinatus, ordino te.) & in mente gerat, & super eodem instruat ordinandum, secundum Hostien. num. 2. in ver. Iteratum, Jo. Andr. eod. num. in ver. Præterea, & Marian. Socin. in 3. not. Adde tu, & ordinationem perficiat in forma Ecclesie, id est proferat verba formæ, & adhibeat instrumenta pro materia eisdem ordini assignata, ut in Concilio Florentino in decreto fidei Eugenij IV. pro instructione Armenorum, in §. Sextum Sacramentum: alias enim characterem non imprimeret, ut ibi, & in cap. Extra Catholicum, & cap. Detrahe, 1. quest. 1. cap. 1. & cap. penult. de Baptis. & notant in cap. 1. infra de schismat. glol. fin. ver. Arricas, Jo. Andr. nu. 7. Butr. num. 3. Gardin. num. 4. in 3. quest. & Abb. n. 4. Similis cautela cum dubitatur de Sacramento Baptismi, habetur in cap. 2. de Baptis. & de Ecclesia, de qua dubitatur an sit consecrata, in d. cap. solemnitates, de consecr. dist. 1. Quod procedit non tantum in dubio facti, cum scilicet vertitur questio an

Prosp. Fagn. in I. par. 5. lib. Decretal.

Ordo fuerit collatus necne, ut hic; sed etiam in dubio juris, cum quaritur an ritè collatus fuerit, ut scripti in cap. unico, num. 83. supra de sac. Vn. & patebit infra num. 15. Verum si promotus per saltum non vult ministrare in Ordine sic recepto, vel in superioribus Ordinibus; non debet cogi præcisè suscipere Ordinem prætermisum, secundum Hugonem, & Archid. qui hoc notant in cap. sollicitudo, 52. dist. in. & post eos Henric hic in princ.

Tertio nota ibi, ante annos discretionis, usum rationis ad sacros Ordines recipiendos non esse ex necessitate Sacramenti; alioquin sic ordinatus characterem non reciperet, sed deberet iterum ordinari, cuius contrarium hic deciditur: nam suppletur tantummodo Subdiaconatus Ordo prætermisus; reliqui autem ordines ante usum rationis collati non iterantur. Et ita hunc textum ad hoc inducunt Cardin. Turrecr. & Præpos. in cap. Subdiaconus, ambo n. 2. 77. dist. in. & tenet hic glol. 2. dicens infra annos discretionis bene quem recipere sacros Ordines, licet conferri non debeant. Unde est hic casus pro opinione Hugonis, & Archidiaconi in d. c. Subdiaconus, qui dixerunt paucorum post susceptum Baptisum in cunis ordinatum etiam in Presbyterum characterem recipere. Idem docuit D. Thom. in 4. sentent. dist. 25. q. 2. ar. 2. q. 2. Hostien. in cap. Vel non est compos nu. 6. vers. Adeo quod etiam puer in cunis; & ibi etiam Collectar. n. 2. supra de tempor. ordinat. & Henric hic col. 3. vers. Super ea. Ad declarationem. Quod bene nota, quia non habemus alibi textum ita clarè hoc decidentem: nam cap. Maiores, §. fin. de Baptis. concludit in Sacramento Baptismi; Licet eadem sit ratio in omnibus Sacramentis non iterabilibus, ut per Præpos. loco cit. Prædicta autem Decretalis, vel non est compos. non loquitur de infante, ut perperam ibi notant Moderni Collectores, sed de puero tresdecim annorum. At de instante loquitur hæc littera, si intelligamus verbum, discretionis, pro rationis usu, sicut intelligendum videtur, quia ordinatus allegabat se inferiores Ordines suscepisse ante annos discretionis ad probandam ignorantiam omissionis Diaconatus. Quæ allegatio non concluderet, si ordinationis tempore alium rationis habuisset. Nec est novum, ut ætas discretionis intelligatur septennio expleto, ut in cap. 13. o. q. 2. & in cap. Omnis utriusque, infra de peniten. & remiss. Licet propriè dicatur post decimum quartum annum in masculo, & duodecimum in femina, ut in cap. Cum virum, & cap. Cæm finem supra de Regular. Clemen. Eos, juncta glol. 1. eod. tit. & notat hic Hostien. ante num. 2. in ver. Discretionis.

Cæterum si Episcopus ante ordinationem protectatus fuisset le non habere intentione Ordines conferendi nisi habentibus ætatem legitimam; tunc non imprimeretur character, non quidè ex defectu ætatis, sed ex defectu intentionis ministris, quæ requiritur ex necessitate Sacramenti, ut in Concilio Florentino in Decreto fidei Eugenij IV. in §. 5. & in Concilio Tridentino sess. 7. de Sacramen. can. 11. Unde cum olim in S. Congregatione Concilij actum esset quid respondendum de ordinatis ante ætatem legitimam ab Episcopo, qui ante ordinationem in Ecclesia publicè edicto protestatus fuerat quod non intendebat Ordines conferre nisi ijs, qui in ætate legitima essent constituti, præsupposita attestazione ejusdem Ecclesie

V 3

Decani asserentis se audivisse ab Episcopo cum diceret hujusmodi protestationem fieri ad terrorem, ceterum se habere intentionem Ordines conferendi: Die 23 Januarij 1586. Sacra Congregatio communi sententia quoad primam, negativè quoad secundam partem, reordinadi cum protestatione, si non est ordinatus. Die 24 Januarij 1586. In Consistorio Sanctissimus respondit se esse in eadem sententia supra dictis præsuppositis, si ex edicto Episcopi colligitur eum habuisse intentionem negativam, sive oppositam: tamen ut cautius respondeatur, dixit significandum parti ut exemplum dicti edicti proferat. De hoc articulo, an scilicet usurationis ad sacros Ordines sit ex necessitate Sacramenti, an verò ex necessitate præcepti tantum; & quid in Ordine Episcopali, scripti plenè in cap. Super inordinata à num. 35. supra de prebena.

16 Ultimo nota ibi, de misericordia ministrare permittas. Episcopum posse suo jure dispensare cum Presbytero per saltum promoti, ut posteaquam poenitentiam peregerit, ac deinde susceperit Ordinem prætermissum, ministrare in Ordine sacerdotali. Concordat textus in cap. Sollicitudo, in fine: ponderando verbum. Concedas 52. dist. 23. et tenet hic glos. ult. & Archid. in d. cap. Sollicitudo, super dicto ver. Concedas. Verum Hostien. num. 2. in fine, vers. Tunc, existimat hoc habere locum si talis fuerit sic ordinatus ignoranter; secus si doctus, & sciens: quia tunc non dispensaret nisi Papa; offendit enim mentem, & litteram, e. prox. supra, & inf. eod. cum paria sint non esse ordinatum, & esse non debito modo. Ad hoc cap. 2. supra de transmiss. Episc. Et sequuntur hic Jo. And. n. 6. in glos. ult. & Anton. de Butr. na. 5. Idem tenet Lap. alleg. 28. Incipien. An dispenset Episcopus num. 1. Ubi firmat Episcopum posse dispensare cum eo, qui omisso Diaconatu fecit se ordinari ad Presbyteratum, & celebravit, dummodo tamen sciens, & tanquam talis non ministraverit in ordine, quo carebat: quia tunc etiam si ignoranter fuisset per saltum promotus, contra talem irregularitatem non dispensaret nisi Papa. Exemplo Clerici, qui non est ordinatus, & ministrat in aliquo ordine in apparatu: allegat Calder. in Decretali, si celebrat supra de Cler. excomm. ministr. Id ipsum firmat Hostien. hic in princ. in verb. Negligentia, in eo, qui fuit ordinatus per saltum post annum decimumquartum, vel saltem post annum decimum octavum, qui tunc temporis requirebatur ad Ordinem Subdiaconatus, ut in Clem. fin. de etat. & qual. Tunc enim cum ignorantia sit crassa, & lupina, quæ non excusat, cap. 1. supra de ordin. ab Episc. & cap. Apostolica, de Cler. excomm. ministr. solus Papa dispensaret. Secus in ordinato per saltum ante decimumquartum annum, cum quo dispensat Episcopus, secundum Hostiensem, cuius opinionem dicit esse tutiorem Henr. Boich. in hoc cap. col. 2. vers. Sed opinio Hostiensis, quia talis ignorantia, seu negligentia in adulto non est tolerabilis in facto proprio, ut plurimum, ff. de iur. & fact. ignorantia, & l. Cum falsum, ff. de acquir. heredit. & non glos. ultim. in l. si pro suo. Et maxime recent, ut l. Si res obligata, ff. de legat. 1. & l. Si divarico, ff. de pen. & notat Zenzel, in Clem. n. in ver. Innovat. de iureiur. Et tam forem, sicut collatio Ordinis sacri, cap. Diaconus, & cap. Subdiaconus, & per totam, 23. dist. 23. Et

17 glos. ult. & Anton. de Butr. na. 5. Idem tenet Lap. alleg. 28. Incipien. An dispenset Episcopus num. 1. Ubi firmat Episcopum posse dispensare cum eo, qui omisso Diaconatu fecit se ordinari ad Presbyteratum, & celebravit, dummodo tamen sciens, & tanquam talis non ministraverit in ordine, quo carebat: quia tunc etiam si ignoranter fuisset per saltum promotus, contra talem irregularitatem non dispensaret nisi Papa. Exemplo Clerici, qui non est ordinatus, & ministrat in aliquo ordine in apparatu: allegat Calder. in Decretali, si celebrat supra de Cler. excomm. ministr. Id ipsum firmat Hostien. hic in princ. in verb. Negligentia, in eo, qui fuit ordinatus per saltum post annum decimumquartum, vel saltem post annum decimum octavum, qui tunc temporis requirebatur ad Ordinem Subdiaconatus, ut in Clem. fin. de etat. & qual. Tunc enim cum ignorantia sit crassa, & lupina, quæ non excusat, cap. 1. supra de ordin. ab Episc. & cap. Apostolica, de Cler. excomm. ministr. solus Papa dispensaret. Secus in ordinato per saltum ante decimumquartum annum, cum quo dispensat Episcopus, secundum Hostiensem, cuius opinionem dicit esse tutiorem Henr. Boich. in hoc cap. col. 2. vers. Sed opinio Hostiensis, quia talis ignorantia, seu negligentia in adulto non est tolerabilis in facto proprio, ut plurimum, ff. de iur. & fact. ignorantia, & l. Cum falsum, ff. de acquir. heredit. & non glos. ultim. in l. si pro suo. Et maxime recent, ut l. Si res obligata, ff. de legat. 1. & l. Si divarico, ff. de pen. & notat Zenzel, in Clem. n. in ver. Innovat. de iureiur. Et tam forem, sicut collatio Ordinis sacri, cap. Diaconus, & cap. Subdiaconus, & per totam, 23. dist. 23. Et

de Sacramen. non iterum per tot. Et dissoluta negligentia prope dolum et. l. si falsus, ff. Mandati. Et crassa, & lupina ignorantia dolo æquiparatur, l. Quod Nerva, ff. de depol. d. cap. Apostolica, 2. res. supra de Cler. non ordin. ministr. & cap. 1. in anima. rum, de Constitut. lib. 6. Quod secundum Henr. maxime teneri potest ubi ministravit; quia talis quoad ordinem per saltum susceptum habetur pro non ordinato in sui præiudicium, ut non possit eligi in Episcopum, juxta cap. A multis, supra de etat. & qual. & notat Archid. in d. c. Sollicitudo, super ver. Officia, & Hostien. hic in fine argum. cap. 2. Sed neque, vers. Sicut iuxta, supra de transmiss. Episc. Cam non ordinato autem ministrante solus Papa dispensat, secundum Hostien. & Henr. Boich. in cap. 2. supra de Cler. non ordin. ministr. & Lap. d. alleg. 28.

21 Hodie cum promotis per saltum si non ministraverint, Episcopum ex legitima causa potest dispensare, ut statuit iure novissimo Concilij Tridentini c. 14. in fine, sess. 23. Ex quo decreto colligebatur esse veterem Doctorem altercationem, an promotus per saltum sit ipso jure suspensus, ita ut ministrando irregularitatem incurrat, Nam Archid. & alij post eum in cap. Sollicitudo, 52. dist. 23. Tenuerunt non esse suspensum, nisi si ut ille, qui est immortalis; ideoque si celebret, mortaliter peccare, sed non effici irregularem. Et consentiunt Summa Anglica, & Rosella.

Et est simile quod dicunt Doctores de ordinato in Sacris ante ætatem legitimam, qui est suspensus quoad se, non quoad alios, ac proinde de jure communi celebrando non incurrit irregularitatem; quod tenent complures, quos retuli in c. Vel non est compos, num. 22. supra de tempor. ordinat. In oppositum est textus in d. c. Sollicitudo 52. dist. 23. ubi patet ordinatum in Presbyterum, Subdiaconus Ordine postposito, esse suspensum ab executione Sacerdotalis officij. Et ita promotum per saltum esse ipso jure suspensum ab executione Ordinum, tenent hic Henr. Boich. col. 3. post med. vers. Si queritur utrum recipiat, Gemin. consil. 91. Præmittit; num. 2. vers. Nec etiam testes, & Lap. d. alleg. 28. Et satis probatur in hac Decretali, ubi sic promotus prohibetur ministrare in Ordine, sacerdotali, nisi hoc ei ex misericordia Episcopus permittat. Ministrando autem in Ordine, à quo quis est suspensus, in irregularitatem incidit, cap. Cum æterni, de re iudic. lib. 6. ubi (Quod si suspensio durante damnabiliter ingesserit se divinis, irregularitatis laqueo se involuet.) & c. Cum medicinalis, in fine, de sen. excomm. eod. lib. Et hanc partem tenent Hostien. & DD. hic, & Sylvest. in verb. Irregularitas, num. 13. Posterioriorem hanc sententiam non obscure probavit Concilium Tridentinum in d. cap. 14. in fine, sess. 23. Nam dum decrevit Episcopum ita demum posse dispensare eam promotum per saltum, si non ministraverit; utique supponit sic promotum esse ipso jure suspensum ab executione Ordinum; & celebrando novum impedimentum. & sic notam irregularitatis incurrere; alioquin si suspensus non esset, sed tantummodo suspendendus, ministrando in Ordine, utique novum impedimentum non contraheret, ut per DD. in d. cap. Sollicitudo. Et ita ex decreto sic notat Cardin. Tolet. in Summa lib. primo, cap. 50. in verb. Duo sunt, & Navarr. loco citato.

22 Et est simile quod dicunt Doctores de ordinato in Sacris ante ætatem legitimam, qui est suspensus quoad se, non quoad alios, ac proinde de jure communi celebrando non incurrit irregularitatem; quod tenent complures, quos retuli in c. Vel non est compos, num. 22. supra de tempor. ordinat. In oppositum est textus in d. c. Sollicitudo 52. dist. 23. ubi patet ordinatum in Presbyterum, Subdiaconus Ordine postposito, esse suspensum ab executione Sacerdotalis officij. Et ita promotum per saltum esse ipso jure suspensum ab executione Ordinum, tenent hic Henr. Boich. col. 3. post med. vers. Si queritur utrum recipiat, Gemin. consil. 91. Præmittit; num. 2. vers. Nec etiam testes, & Lap. d. alleg. 28. Et satis probatur in hac Decretali, ubi sic promotus prohibetur ministrare in Ordine, sacerdotali, nisi hoc ei ex misericordia Episcopus permittat. Ministrando autem in Ordine, à quo quis est suspensus, in irregularitatem incidit, cap. Cum æterni, de re iudic. lib. 6. ubi (Quod si suspensio durante damnabiliter ingesserit se divinis, irregularitatis laqueo se involuet.) & c. Cum medicinalis, in fine, de sen. excomm. eod. lib. Et hanc partem tenent Hostien. & DD. hic, & Sylvest. in verb. Irregularitas, num. 13. Posterioriorem hanc sententiam non obscure probavit Concilium Tridentinum in d. cap. 14. in fine, sess. 23. Nam dum decrevit Episcopum ita demum posse dispensare eam promotum per saltum, si non ministraverit; utique supponit sic promotum esse ipso jure suspensum ab executione Ordinum; & celebrando novum impedimentum. & sic notam irregularitatis incurrere; alioquin si suspensus non esset, sed tantummodo suspendendus, ministrando in Ordine, utique novum impedimentum non contraheret, ut per DD. in d. cap. Sollicitudo. Et ita ex decreto sic notat Cardin. Tolet. in Summa lib. primo, cap. 50. in verb. Duo sunt, & Navarr. loco citato.

24 Sed remanet dubium, an hodie Episcopus possit dispensare cum his, qui non ministraverint, si sciens fuerint per saltum promoti: Marius Alterius tom. 2. de censur. disp. 10. cap. 5. vers. Hoc in loco, & Moderni Collegiores hic opinantur posse dispensare, quia Concilium non distinguit de ordinato sciens, vel ignorans, sed simpliciter loquitur. Quod non credo verum, quia cum jus commune sic distinguat, ut patet tum in hac Decretali, quæ loquitur in ordinato ignoranter per saltum ante annos discretionis, secundum Host. ante n. 1. in ver. Negligentia, tum in d. cap. Sollicitudo, 52. dist. 23. ubi distinguitur an talis fecerit sic promotari ex negligentia, seu ignorantia; an verò ex superbia: eodem profus modo distingui debet decretum Concilij, quia lex nova disponens in materia antiqua recipit omnes interpretationes, & limitationes, quas materia ab antiquis legibus recipiatur, l. In contradi. ff. Præerea, C. de non numer. pecun. Petr. Brixien. in reperi. in ver. Interpretatio, vers. Lex noviter, quod procedit etiam si lex nova superveniens in materia disposita per leges veteres generaliter loquatur, quia nihilominus distinguitur prout distinguunt leges antiquæ, ut post alios notat Jas. in l. Sciendum, in princ. ff. Qui satis. cogam. idque ne videatur leges veteres corrigere, ut per Castilion. consil. 10. In factis, num. 5. vers. Ad testamentum, ubi affirmat Doctores omnes ita tenere, & jura allegat.

26 Hæc enim est interpretatio passiva, quæ in omni materia admittitur, l. 2. & ibi Bartol. C. de Noxal. l. Inrogentium, §. Si paciscar, ff. de pacis. l. 1. §. Lex salicibus, ff. Ad. Felicium. Alexan. in l. Marcellus, in princ. num. 4. ff. Ad Trebell. glo. Bartol. & Doctores in d. l. Sciendum.

27 QUÆRO. An promotus ad ordinem sacrum ante annos discretionis, & ætatem legitimam perveniens continere teneatur, necne. In hoc articulo tam variè loquuti sunt Doctores, ut ferè dixeris cum Augustino tot diversitates opinionum, quod hominum numerantur, ut referat in cap. In Sacramenti, de consecratione, dist. 5.

28 Quidam enim arbitrati sunt promotum ad sacros ordines etiam ante usum rationis adstringi ad continentiam, eo quod receperit characterem ordinis sacri, ut hic, qui lege positiva Ecclesie annexum est votum continentie, cap. Nullum, 28. dist. 23. cum concordant, atque hujus sententia sunt Petr. de Palu. in 4. dist. 37. q. 1. art. 1. n. 14. S. Antonin. in 3. par. tit. 1. cap. 8. conclus. 3. in fine, & Stephan. de Gaetan. repet. cap. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. quest. 194. n. 465.

Alij contra simpliciter dixerunt sic ordinatum non teneri continere, ut Guilielm. de Monte Land. in Clem. un. §. 2. de homicid. & Asten. lib. 6. in tit. de etate ordinandorum, artic. 1. quest. 3. quia continentia est voti, non præcepti, cap. Integritas, 32. quest. 1.

29 Sed Glossa Joannis in cap. Estote, alias in cap. Pueri, in ver. Ad sacros, vers. Sed nunquid, 1. q. 1. resolvit hunc teneri si sit doli capax, quia & voto, & sacramento se obligare potest, cap. 1. de delect. puoratum, licet non Religioni, §. Cum ergo, 27. q. 2. & cum hac glossa transeunt hic Anton. de Butr. num. 4. in fine, Cardin. num. 2. quest. 1. Vitalin. in Clem. Generalem, numer. 26. & seq. de etat. & qualitat. & ex Theologis Sotus de iustit.

Et iur. quest. 2. artic. 5. ad ultimum.

Similiter glos. nostra hic in ver. Discretionis, tenet, licet vacillando, ordinatum ad sacros ante annos discretionis post pubertatem non posse matrimonium contrahere, quia statim antequam ordinaretur debuit contradicere, & nullo modo consentire, & ita facit Ordo quod votum facere non possit, quia in tali ætate non tenet votum, cap. Ad nostram, & cap. Significatum, supra de regular. Et quamvis glossa subdat æquius videri ut contrahere possit; tandem nihilominus concludit verum esse quod prius dixit, quia antequam ordinaretur debuit contradicere: & sequitur Zenzelin. in Clem. Generalem, de etat. & qualitat. Verum Innocen. in cap. Vel non est compos, num. 1. in ver. Ad ætatem, supra de tempor. ordinat. determinat sic ordinatum non teneri ad continentiam, sed posse matrimonium contrahere, si contradixit statim post susceptionem Ordinis, & in contradictione usque ad finem decimumquarti anni perseveravit; vel si contradixit statim post finem decimumquarti anni, argum. cap. Illud, 20. q. 1. idest infra triduum, juxta textum in cap. Ad nostram, de regular. secundum Hostie. virginitas enim est voti, & non præcepti, d. cap. Integritas, 32. quest. 1.

32 Quod etiam probat alia efficacitate ratione, quia ante quatuordecim annos non potest quis, etiam si velit, se expressè adstringere ad votum continentie, cap. 1. 20. q. 1. Ergo multo minus potest tacite per susceptionem sacri Ordinis; in Innoc. cui consentiunt ibidem Host. num. 6. & in hac Decretali Joann. And. nu. 5. Henr. Boich. nu. 12. Anchar. n. 8. & Abb. n. 3. & idem Anchar. in dicta Clem. Generalem, in fine, de etat. & qualitat. & communiter Doctores, ut testatur Præp. in cap. Subdiaconus, num. 4. in fine, vers. Monstrum tamen resultabit, 77. dist. 23. Secus autem est si nec statim post susceptionem ante decimumquartum annum, nec postea infra triduum contradicat, quia censetur se tacite voto adstrinxisse, argum. cap. De illis, 1. & 2. de despons. impub. cap. Insuper, qui matrim. acce. poss. cap. Cum virum, & cap. Cum simus, de regular. cap. 1. §. Quod si eod. tit. lib. 6.

34 Quod adeo verum est, ut nec adveniente ætate sit necesse ordinatum interrogare an continere velit, necne; quia nihilominus inducitur rati habitio secundum Innocen. in d. cap. Vel non est compos, num. 1. vers. Nec tamen videtur de tempor. ordinat. & Hostien. post eum num. 7. vers. Sed nunquid, quia.

35 Nec obstat quod hujusmodi interrogatio sit necessaria ad ratificationem ingressus in monasterium, ut notatur in cap. 2. de regular. nam ut respondet Innoc. inter hos casus est ratio diversitatis: nam ordinatus quamvis minor characterem recipit, & ordinem habet; & ideo de facili continentie votum ex constitutione Ecclesie ordini annexum non solum expressè, sed etiam tacite introducitur. At ingressus in monasterium non est Monachus quousque annum decimumquartum compleverit; & ideo requiritur expressus consensus, vel ratificatio aequipollens: & idem in Matrimonio, ut in cap. arrestationes, supra de despons. impuber.

36 Hæc tamen ratio diversitatis non placet Hostiens. Joanni Andree, & Anchar. quia utrumque votum non tantum expressè, verum etiam tacite ratificatur, ut legitur, & notatur in cap. 1. de regular. lib. 6. unde Hostien. assignat aliam rationem differe.

diferentia, videlicet quia ingressus minus habet de tempore, & ideo magis fuit ei providendum.

37 Præterea secundum Hostiensem inter utrumque casum nulla est diversitas, quia etiam ingressus sine interrogatione per solum lapsum anni efficaciter obligatur, ut in cap. *Si autem de regular.*

38 Præter hos Henric. Boic. in hac Decretali col. 4. vers. *Sed in distinguendo*, conjungendo opiniones sic distinguit. Aut sic ordinatus est doli capax, & tenetur continere, quia debuit contradicere ante susceptionem sacri Ordinis; & in hoc casu procedat opinio glossæ Bernardi in hoc cap. *Aut non est doli capax*, & procedat distinctio Innocentij, & Hostienis, ut non teneatur ad continentiam, si statim, vel post finem decimi quarti anni contradixerit; aliis vero teneatur, quia tacendo censetur ratificare. Verum hoc ultimum impugnatur Aegid. Bellam. ibidem n. 4. in 5. quæst. vers. *Et quid quid sit*, sentit enim ex sola taciturnitate non induci ratificationem ordinationis, nisi ex aliquibus indicijs hoc deprehendatur, per cap. *Si infantes de despons. impub. lib. 6. ab initio enim Ordinis susceptio illum ad continentiam non obligavit; nec sola taciturnitas obligationem inducit, l. qui vas, §. Vestare, ff. de furt.*

Demum nonnulli ex modernis Theologis putant in distincte hanc non ligari voto continentie nisi factus adultus ordinationem suam ratificaverit, ut Thom. Sanchez & alij per eum citati in *tract. de matrimon. tom. 2. lib. 7. de impedim. quæst. 30. num. 8.*

Quid dicendum? In tanta opinionum dissonantia ut clara separarentur à dubijs, & appareat in quo Doctores discrepent, aut conveniant, & quid verius videatur, infra scriptos casus arbitror esse distinguendos.

40 Primus casus est, cum ordinatus ante annum decimum quartum post finem decimi quarti anni ordinationem suam expressè approbat, & ratam habet: & extra dubium est hunc ad continentiam teneri, nec posse validè matrimonium contrahere, argum. l. 1. & fin. C. Si major factus ratum habeat, & cap. 1. in principio de regular. lib. 6. ibi, seu professionem à se prius factam ratam expressè habeat: quod tenent Hugo in d. cap. *Subdiaconus, 77. distin.* & post eum Archid. in cap. *Pueri, nu. 1. vers. Vel si consenserit factus adultus, 1. quæst. 1. Bellam. in d. cap. Vel non est compos. num. 4. vers. Primo si talis*, Holt & Jo. Andr. hic, quos refert, & sequitur Henric. Boich. col. 4. vers. *Ego vero Henricus*. Et hic primus casus est indubitabilis jure communi inspecto.

41 Sed non levis est difficultas an hodie hoc corrigatur jure novissimo Concilij Tridentini, Thomas Sanchez in *tract. de matrimon. tom. 2. lib. 7. de impedimentis, distin. 30. num. 8. in fine*, putat ad validitatem ratificationis hodie requiri ut fiat post annum decimum sextum completum, quia ante illud tempus sicut non potest quis se voto solemnij professionis adstringere, ut in decreto c. 15. sess. 25. de regular. ita nec ad continentiam se obligare per ratificationem sacri Ordinis. Et infra num. 30. affirmat tempus contradicendi hodie durare usque ad decimum sextum annum, qui successit pubertati olim requisitæ ad validitatem professionis.

42 Contrarium credo, quia decretum d. cap. 15. nihil dispolvit de voto, ut declaravit Sacra Con-

gregatio ejusdem Concilij interpres. Et multum interest inter professionem regularem, & votum castitatis, sicut solemne: nam per hujusmodi votum ordinatus obligatur ad solam continentiam, cap. 1. cap. *Diaconi, & cap. De 95. 28. distin. cap. 1. 31. distin.* At per professionem regularem præter castitatem, obligatur etiam ad obedientiam, & paupertatem, ut in cap. *Cum ad novitium, supra de stat. Monach.* unde tempus quatuordecim annorum, quod Concilium prorogavit ad validitatem professionis usque ad annum decimum sextum completum, non censetur prorogasse ad validitatem voti solæ castitatis, quod non tantam requirit deliberationem, quantum requirit solemnij professio, qua quis jugo religionis perpetuo mancipatur. In regulæ enim observatione gravitas est, & labor, ut inquit gloss. in cap. *Ad nostram, in ver. Ante consummationem, de regul.* Præterea quamvis doli capax possit se obligare alijs votis, ut notat Innocen. in cap. *Scriptura, supra de voto; tamen fecus est in voto continentie, quia cum ante pubertatem non habeat potentiam cœundi, nec possit matrimonium contrahere, quantumcumque sit doli capax non potest renunciare ei, quod ignorat, ut firmat hic Abb. num. 3. & post eum Marian. Socin. n. 10.*

Hæc autem ratio impotentie cœundi nõ consideratur in professione: neque enim Concilium dum præfixit annum decimum sextum completum ad professionem emittendam, habuit rationem pubertatis, alioquin non decimum sextum præfixisset, sed decimum quartum, in quo plerumque contingit pubertas in masculo, & duodecimum in femina, cap. *Pueres, cap. Continetur, & cap. Attestationes, supra de despons. impub. in fine, de nupt. in princip.* Ergo cum Concilium quoad votum continentie nihil disposuerit; consequens est, ut major annis quatuordecim, sicut minor sexdecim, possit hodie se ad continentiam obligare, sicut prius poterat, ut in cap. 1. 20. quæst. 1. & notat Innoc. in d. cap. *Vel non est compos. num. 1. in ver. Ad eam, supra de tempor. ordinat.*

Præterquam quod facilius inero ducitur votum continentie Ordini sacro annexum in eo, qui jam ordinatus est, & characterem habet, quam in ingresso in monasterium, qui Monachus non est, secundum Innocen. proxime citatum in d. cap. *Vel non est compos. num. 1. vers. Nec tamen videtur*; unde qui post annum decimum quartum expressè ratificat ordinem antea susceptum, hodie sicut prius tenetur continentiam servare, etiam si annum decimum sextum non expleverit, quia hic casus est omissus à Concilio; & ideo remanet in dispositione juris communis, l. *Commodissime, ff. de liber. & posth.* Quod enim non mutatur, & c. l. *Sancimus, C. de testam. & l. Præcipimus, in fine, C. de appell. cum simili.*

Sed etsi eadem ratio vigeret in utroque casu, tamen cum decretum Concilij corrigat jus commune in casu professionis, ad cuius validitatem satis erat decimum quartum annum explevisse, d. cap. *Ad nostram, cap. Significatum, & cap. Cum simus, eod. tit. cum suis concordant, extendi non debet ad votum continentie sacro ordini annexum: nam lex exorbitans à jure communi extensionem non admittit, etiam ex identitate rationis, cap. *Que à iure, & ibi gloss. de regul. iur. lib. 6. glo. notab. in cap. Constitutum, in ver. Prorogatum,**

gamus, de regular. eod. lib. notat Bart. in Extravagan. *Qui sunt rebelles, §. Transit, n. 3. Feder. de Sen. conf. 88. cui se subscripsit Jo. Andr.*

48 Secundus casus est cum ordinatus ante annos discretionis post annum decimum quartum ratificat non quidem expressè, sed tacite. Et idem dicendum quod in primo casu secundum Hugonem in d. cap. *Subdiaconus, 77. distin.* ubi ait talem teneri continere vivere, si velit in Ordine remanere, & ministrare, & uti privilegio Clericali; & sequitur Archid. in d. cap. *Pueri, num. 1. vers. Sed tu de cum Hugone, 1. q. 1. & Bella, in d. cap. Vel non est compos. num. 4. vers. Et idem si tacite*; & hic tenent Henric. Boich. col. 4. vers. *Aut non consenti, Buter. n. 4. Abb. n. 3. & Marian. Socin. n. 9. vers. Sed de quibus ad primum, facit quod legitur, & notatur in cap. Cum olim, & cap. Cum decorum, de Cler. coning. & hic casus similiter est clarus. Et probatur aperte tum exemplo professionis in cap. *Significatum, juncta gloss. in ver. Consensus, supra de regular. & in cap. 1. eod. tit. lib. 6. tum exemplo sponsalium, ut in cap. unico, in princip. ibi, vel alius verbo, vel facto, & §. fin. ibi, Ratificaverunt tacite, vel expressè, de despons. impub. lib. 6. tum exemplo matrimonij, ut in cap. *Insuper, Qui matrimon. accus. poss. & in cap. De illa, il secundo, juncta gloss. ult. de despons. impub. & notat Calder. post Jo. Andr. confil. 462. Quidam Presbyter, ad finem, alias conf. unico, Qui Cleric. vel vover.***

Tertius casus est cum tempore ordinationis suæ non erat doli capax, sed post usum rationis statim contradixit, & in contradictione jugiter perseveravit ante, quam post finem decimi quarti anni, Et quidquid dixerit Palud. S. Antonin. & Stephan. de Gaeta supracit. n. 28. manifestum videtur hunc ad continentiam non teneri, quia cum ordinationi suæ ab initio non consenserit usum rationis deficiente, & postea semper contradixerit induci non potuit obligatio voti, de ejus ratione intrinseca est liber consensus voventis, cap. *Illud 20. q. 1. cap. Præfons, q. 3. cap. 1. 27. q. 1. cap. Cuius virum, supra de regular. & cap. 1. Quid met. cau. & docet S. Thom. in 2. q. 88. art. 9. Nec quidquam operatur hoc casu impressio characteris, quia votum est Ordini sacro annexum ex Constitutione Ecclesiæ, cap. *Cum olim, cum ibi notata supra de Cler. coning.* Ecclesia autem non potest quemquam in votum obligare ad votum continentie, cap. *Integritas, 32. q. 1. cap. De his, ibi (Quibus autem voluntas propria interrogationis tempore desiderij nubendi persuaserit, concessam ab Apostolo licentiam auferre non possumus) 28. distin. & ibi Turrecrem. n. 7. Sylvest. in ver. *Matrimonium, & qu. 12. ad finem; & in hoc consentiunt glossæ, Innoc. Holt & omnes supracit. n. 29. 30. & 31.***

Quartus casus est cum ordinatus ante usum rationis postea factus doli capax tacuit usque ad finem decimi quarti anni, sed postea statim contradixit; & idem dicendum est quod in casu precedenti, ut scilicet continere non teneatur; quod evidenter patet, si distinctè tria tempora considerentur. Primum tempus est quando fuit ordinatus; & tunc explorati juris est cum non fuisse adstrictum voto continentie: nam nec peccavit suscipiendo, nec potuit contradicere, cum usum rationis non haberet, cap. 1. *supra de delict. puerorum.* Secundum tempus est post septennium, quo sic ordinatus cepit usum rationis habere usque ad

finem decimi quarti anni, & hoc tempore illi non obfuit taciturnitas, quia etiam si expressè vovisset, tamen non potuisset se adstringere ad votum castitatis, cap. 1. & cap. *Illud, 20. q. 1. secundum Innoc. & alios supracitados, nu. 32. & 45. & in hac specie notat Calder. *duconf. 462. ad finem, alias conf. unic. Qui Cler. vel vover.* Tertium tempus est post finem decimi quarti anni; & tunc cum statim, id est infra triduum, contradixerit; utique se ad continentiam non obligavit; & sic nullum tempus datur, in quo ligatus remanserit; & in hoc conveniunt glossa Joannis in d. cap. *Pueri, & gloss. ultima hic, dum firmant ita demum talem teneri continere vivere, si sit doli capax: idem apertius tenet Hugo in cap. *Subdiaconus, 77. distin. & post eum Hostien. in d. cap. Vel non est compos. n. 6. asserentes non præjudicari puero in cunis ordinato, si adveniente ætate adulta statim contradicat; & est argumentum expressum in cap. *Maiores §. penult. & fin. sup. de baptis. in cap. *Cum simus, & cap. Significatum, de regular. idem tenet Archid. in d. cap. *Pueri, n. 1. Henric. & alij hic: & huic sententie à fortiori adscribendi sunt Innoc. Holt. & alij supracitati nu. 31. qui tenent ordinatum non obligari ad continentiam, si statim post susceptum Ordinem, vel post finem decimi quarti anni statim contradixerit, ut in casu proxime sequenti. Et idem dicendum in casu converso, id est in eo, qui factus doli capax statim contradixit, & in contradictione perseveravit usque ad finem decimi quarti anni, sed postea tacuit, suamque ordinationem nec expressè approbavit, aut reprobat; hic enim præsumitur in priori contradictione perseverare, & ideo ad continentiam non tenetur, ut clarè patebit infra in 6. casu.******

Quintus casus est cum ordinatus similiter antequam usum rationis, postea factus doli capax, nec ante, nec post finem decimi quarti anni infra triduum expressè, aut tacite contradixit, aut consenserit ordinationi suæ, sed semper tacuit, & habuit se merè negativè: hic casus est valde dubius, Hugo, & Holt. supracitati in 52. dicunt puerum in cunis ordinatum, & sic antequam usum rationis characterem recipere, sed ei non præjudicari quoad continentiam, si adveniente ætate adulta contradicat. Atque ita à contrario supponunt ei præjudicari si taceat, & non contradicat. Quibus suffragantur jura, quæ probant taciturnitatem haberi pro consensu, ut cap. *Diaconus, & ibi gloss. in ver. *Tacuit, 27. distin. c. Plerumque, 2. q. 7. ubi gloss. in ver. *Et tacent, dicit taciturnitatem semper obesse, nisi in tribus casibus ibi expressis, cap. *Sisterius, 54. distin. cap. *Si forte, 65. distin. cap. *Puella, 20. q. 2. l. ff. sol. matr. & l. C. de nupt. cum concordant, de quibus ibi in gloss. 1. Et pro hac parte sunt Authores supracitati in 23. qui tenent indistinctè ordinatum ante usum rationis ob impressum characterem teneri continere vivere.******

Sed nihilominus verius videtur hunc ad continentiam non teneri; nam si inspicimus tempus ordinationis, votum induci non potuit, quia deest ratio usus, qui est de intrinseca ratione voti, ut ostensum est supra in textu casu: nec potuit induci inspecto tempore post septennium usque ad finem decimi quarti anni, quia ob defectum ætatis etiam si voluisset, tamè non potuisset se voto continentie adstringere, ut similiter probatum est supra in 4. casu. Demum inspecto tempore

post finem quatuordecim annorum iidem voti non censentur inductum, quoniam ex sola taciturnitate in materia tam gravi, & præjudiciali non inducitur obligatio. l. Qui vobis. §. Petrus, ff. de sur. secundum Bellam supracitatum num. 39. ubi enim agitur de obligatione personali inducenda, taciturnitas non habetur pro consensu, l. Non solum, in princip. & l. Titius familiaris, §. Invidiosus, ff. de procurator. & notat Socin. reg. 4. incip. in obligatione personarum inducenda, & reg. 3. præceden. Taciturnitas ad aliquem obligandum.

57 Nec obstant jura contraria: quoniam procedunt quando cum taciturnitate concurrat actus positivus, ut declarat Socin. in præalleg. reg. 3. in §. fallen. Et in his terminis loquitur textus in d. c. Diaconus, 27. distinet. Nam ibi Diaconus ille, qui ante ordinationem protelatus fuerat se velle matrimonium contrahere, nec posse in castitate permanere; postea Ordinem Diaconatus suscepit. Et quamvis in ordinatione tacuerit; tamen matrimonium postea contrahere non potuit, quia factum ipso a protestatione recessit. Atque ita præter taciturnitatem, ibi intercessit actus positivus Ordinis sacri, cui votum continentis est annexum. cap. A multis, supra de atar. & qualis. Qui autem recipit alterum connexorum censetur ad alterum se obligasse, ut notat glof. in Clem. Præter, in verb. Removeantur, eod. tit. & Abb. in cap. Com in cunctis, §. Inferiora, num. 10. de elec. Et in his terminis etiam procedit textus in d. cap. Si forte, §. distinet. Nam ibi quoque intercessit actus positivus receptionis litterarum, quibus populus compellabatur Episcopum, ut Comprovinciales Episcopos ordinaret. Unde non mirum si Episcopo tacente, & dissimulante, jus ordinandi ad Episcopos vicinæ provincie fuit devolutum; nam litteras recipiens, & l. gens censetur eo ipso illas approbare, ut notat Bald. in l. Si Procuratorem absentem, in princip. ff. de procur. & in l. Si filius familiaris, l. secunda: ubi etiam Angel. in fine, ff. ad Macedon.

62 Ideoque si quis recipiat, & legat Epistolam, in qua continetur eum debere centum, & non contradicatur, censetur debitum confiteri. Et hanc esse mirabilem cautelam extorquendi confessionem à debitore, affert Mattheus, singul. 22. incipien. Nota mirabilem modum, Marfil. sing. 344. & Abb. conf. 18. num. 5. lib. 2. Et quamvis non desint oppositum sentientes; tamen hæc est communis opinio, ut quamplurimis cumulatis testatur Menoch. de Arbitr. Iudic. casu 21. incipien. Cautelam factu egregium, & Covarr. in cap. Ioannes, num. 4. de testamen. Et eam sequuntur Canonistæ in Clem. 1. ubi Ancharan. num. 4. de Procur. At verò si actus positivus non intercedat, taciturnitas quamvis in favorabilibus habeatur pro consensu, ut in regula Sexti, Qui tacet: tamen secus est in præjudicialibus, ut Bald. notat conf. 299. Dicunt Petrus, & Cynus, num. 5. vers. Item contractus, lib. 1. Et est ratio secundum eum, quia sicut ubi agitur de lucro facile quis consentit; ita ubi agitur de damno quis dissentit. Quamobrem cum in casu prædicto post usum rationis, & post ætatem habilem ad vovendum idoneationis, nullus actus positivus Ordinati intercesserit; sola taciturnitas haberi non potest pro consensu, Neque hic inducta fuit ulla obligatio ad continentiam.

64 Item non obstant jura, quæ inducunt tacitam professionem post ætatem legitimam; quoniam

vel loquuntur in eo, qui post decimum quartum annum immiscuit se actibus professorum, ut in cap. Vidua de Regular. vel in eo, qui habitum suscepit, qui solis profitentibus dari consuevit, ut in Clem. 2. eod. tit. vel in eo, qui post ætatem legitimam per annum cum delatione habitus indistincti in Religione perseveravit, ut in cap. 1. de Regular. lib. 6. Atque ita in prædictis casibus semper intercessit actus positivus ejus, qui verbo, vel facto ingressum, vel professionem suam ratificavit. Nos verò loquimur in illo, qui nec factum, nec verbo ordinationem suam ratam habuit. Præterea jura prædicta loquuntur in casu, in quo quis ante annos discretionis sponte ingressus est monasterium; Nos verò in casu, in quo quis nec tempore susceptionis Ordinis, nec unquam postea consensit ordinationi suæ. Ubi autem ab initio est nullitas ex defectu consensus, ut probat textus in cap. un. in princip. & §. fin. supra de despons. impub. ubi sponsalia contracta ante ulum rationis, quæ nulla sunt ex defectu consensus, per supervenientiam ætatis non convalescunt, nisi verbo, vel facto ratificentur. Ad idem textus in cap. Insuper, qui matrum accusat, ubi matrimonium metu contractum in ætate inubili, sublato impedimento, ex carnali copula validatur, non autem ex sola taciturnitate: & notat Feder. de Sen. confil. 194. in dubijs matrimonialibus, in princip.

68 Denum non obstat quod faciat Ordo, quod votum facere non posset, ut dicunt glof. præallegatæ num. 29. & 30. Etenim cum Ordo facer ex sola Constitutione Ecclesiæ habeat votum continentis annexum, cap. Cum olim, & ibi glof. in ver. Voto continentia, supra de Cler. coning. cap. A multis, de atar. & qualis. Ecclesiæ verò non possit quemquæ non consentientem ad continentiam obligare, ut probatur est supra num. 51. hinc necessario loquitur ut sola Ordinis collatio, si desit consensus, voti obligationem inducere non possint. Rursus ut inquit Marian. Socin. hic num. 12. quod dicitur, Ordo habet votum continentie annexum; verum est nisi impediat defectus ætatis, ut hoc casu, in quo Ordo fuit collatus non habenti usum rationis.

Et hanc sententiam, si diligenter expendatur, tenet Archid. post Hugonem in cap. Pueri, num. 1. q. 1. ait: Sed tu dic eum Hugone quod talis tenetur continenter vivere si velit in Ordine remanere, & ministrare, & uti privilegio Clericali; vel si consenserit factus adultus; alioquin non credo ei factum esse præjudicium in aliquo sentit ergo Hugo, & Archid. in duobus tantum casibus sic ordinatum adstringi voto continentie, id est si tacite ratam habuit ordinationem suam per ministerium Ordinis, & usum privilegij Clericalis; aut cum factus a dultus expressè consensit; alioquin extra hos duos casus tenent non esse illi factum præjudicium. Et consequenter secundum eos ex sola taciturnitate non oritur obligatio. Et consentiunt Bellam. Butr. & alij supracitati num. 48. Hoc ipsum sentit glof. Joannis in d. cap. Pueri, in ver. Ad sacros, 1. q. 1. & glof. fin. hic, dum dicit hunc teneri continere se sit doli capax; quia statim ante ordinationem debuit contradicere: Sentient enim à contrario non teneri si doli capax non sit, quia contradicere non potuit. Idque expressè hic tenet Henric. Boih. col. 4. vers. Sed tu distinet.

græ: nec dissentit Innoc. in d. cap. Vel non est compos, 1. de tempor. ordin. quia loquitur in eo, qui post susceptum Ordinem statim contradixit, & sic in eo, qui tempore ordinationis erat doli capax.

70 Sextus casus est in eo, qui erat quidem doli capax tempore ordinationis: sed tamen post susceptum Ordinem statim contradixit, & in contradictione usque ad finem decimiquarti anni perseveravit. Post finem verò decimiquarti anni tacuit, susceptum Ordinem nec expressè, nec tacite approbando, vel reprobando. Et hunc puto non teneri continentiam servare, sed posse ad nuptias transire, quia etsi nullatenus debuerit ab initio ordinationi suæ consentire, ut ait glof. fin. hic: tamen ex susceptione Ordinis sacri non remansit obligatio: nam etsi expressè voluisset; tamen non potuisset se voto continentie adstringere, ut sæpius repetitum est: & virginitas suaderi potest, non imperari, cum res sit magis voti, quam præcepti, c. In tege, 22. q. 1. Et in hoc casu propriè loquitur Innoc. in d. cap. Vel non est compos, cujus opinio communiter tenetur, ut patet ex dictis supra n. 31.

71 Neque verò sic ordinatio obviat taciturnitas post finem decimiquarti anni, quia cum prius expressè contradixerit, censetur in contradictione illa, & priori dissentio perdurasse. Ad quod allego textum expressum in cap. Maiores, §. fin. supra de baptis. ibi: (Dormientes autem, & amentes si priusquam amentes fuerint, aut dormirent in contradictione peristerent, in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare.) Ad idem est gl. singularis in cap. 1. in ver. Non timore, sup. Quod nec cau. quæ in terminis voti solemnibus Religiosis sic ante quæ constat de protestatione voluntatis ab initio facta, adhuc præsumitur nolles, cap. Lotharius, 31. q. 2. l. Si quis, in princip. ff. de leg. 3. & qui voluntatem immutatam allegat, hoc probare debet. l. Sancimus, c. de testam. cum alijs allegatis in glof. quæ de relat. Menoch. præsump. 37. n. 23.

73 Septimus casus præcedenti oppositus est in eo, qui similiter tempore ordinationis erat doli capax, & post susceptum Ordinem tacuit usque ad finem decimiquarti anni; sed postea infra triduum reclamavit. Et idem puto, quod in præcedenti casu, ut scilicet continere non tenetur. Nam nec Ordinis susceptio, nec taciturnitas illi obviat ante decimum quartum annum expletum, ut constat ex dictis supra num. 31. 45. & 51. Quando autem potuisset se voto adstringere, id est post finem decimiquarti anni, statim resiliuit: & sic nunquam remansit obligatus. Et hujus sententia est aperte Innocentius communiter receptus loco citato: ait enim talem non teneri continere, si statim contradixit, & in contradictione usque ad finem decimiquarti anni perseveravit, aut si contradixit post finem decimiquarti anni. Et sic Innocentius cum loquatur alternativè, clarè sentit satis esse ut post finem decimiquarti anni contradicat, licet prius tacuerit, & non contradixerit.

74 Octavus, & ultimus casus est in eo, qui tempore ordinationis itidem erat doli capax, & post susceptum Ordinem tam ulqu; ad finem decimiquarti anni, quam postea infra triduum tacuit, suamque ordinationem nec verbo, nec factum ipso ratificavit, aut reprobat. Et hoc casu quicquid contraxerit Bellam. in d. c. Vel non est compos, num. 4.

vers. Et quicquid sit, de tempor. ordin. & executionibus Sanchez de matrim. lib. 7. de impedimentis distinet. 30. n. 8. Exillimo hunc adstringi voto continentie; nec posse valide matrimonium contrahere. Moveor quia cum ab initio consenserit Ordinis susceptioni, quamvis tunc temporis non potuerit se voto obligare ob defectum ætatis: tamen sublato hoc impedimento per supervenientiam ætatis legitimæ censetur perdurare in primo consensu, qui non præsumitur mutatus, nisi probetur. Et ita obligatio non inducitur ex ipsa taciturnitate, ut putavit Bellamera, sed inducitur ex perseverantia consensus, qui sublato impedimento, utiq; potuit obligationem inducere. Ad quod adduco notabilem doctrinam Innocentij in cap. Consultus, supra de convers. coning. ubi tenet votum, quod vir uxore sua vivente, & contradicente ingrediendo monasterium emisit, & non valuit, postea fuisse solemnizatum ex perseverantia in monasterio post mortem uxoris. Et reddit rationem, quia separando se ab uxore sine invita, sive voluntaria, semper præsumitur velle mutare scutum. Et ex quo tale propositum habet, per habitus susceptionem esse solemnizatum votum, nisi uxore impediret, ut in cap. Consultus de Regul. Ego sublato impedimento uxoris, statim primo momento post mortem ejus votum solemnizatur. Ita Innoc. qui idem tenet in cap. Quidam de convers. coning. quem ibi sequitur Joan. de Anan. in fine, & Abb. in d. cap. Consultus, n. 3. Eodem igitur modo qui ante pubertatem suscepit Ordinem sacrum, usque ab initio propositum habuit se obligandi ad votum continentie annexum Ordini; & nisi defectus ætatis fuisset impedimento, ex eo tempore votum fuisset solemnizatum, ut in cap. unico, de voto lib. 6. Ergo remoto obstaculo ætatis per lapsum anni decimiquarti, illicè votum remansit solemnizatum. Item suadet exemplo ejus, qui ante pubertatem professionem emisit. Nam quavis possit resiliire ante finem decimiquarti anni, cap. Cum sumus, de Regular. Tamen postea non potest, quia ex quo ætas jam adulta esse cepit, firmatur votum virginitatis, cap. 1. 20. q. 1. & notat glof. in cap. Significatum, in ver. Katam habuerit, de Regular. quæ dicit professionem ante decimum quartum annum emissam validari, si post illud tempus remaneat, argum. cap. Litteras, & cap. Accessit, de despons. impub. & esse ibi argumentum, quod ea, quæ ab initio non valent, tractu temporis convalescunt, ut in cap. De illis, il secundo, eodem tit. Item notat glof. in cap. 2. in ver. Permaneat, de Regular. dicens puerum ante finem decimiquarti anni posse resiliire postea verò exire non posse: allegat cap. illud 20. q. 1. Licet per jura Sexti ad hoc requiratur perseverantia annalis post annum decimum quartum cum delatione habitus indistincti, ut in cap. 1. de Regular. lib. 6.

Et confirmatur, quia difficilior introducitur votum solemnæ Religionis in eo, qui non est professus, & de non Monacho efficitur Monachus, quam votum solemnæ continentie Ordini sacro annexum in eo qui jam ordinatus est, & characterem habet secundum Innoc. Hostien. & alios præallegatos, n. 34. vers. Quod adeo verum est. Item secundum Calder. in præalleg. conf. unico, circa finem, Qui Clericus vel votum, professioni inest votum continentie de sui natura, & est de ipsius substantia, cap. Cum ad monasterium, de stat. Monach. Sed Ordini sacro inest

ineff ex Constitutione Ecclesie, c. *Nicana*, 31. *distin.* & cap. *Cum olim de Cler. coniug.* & dictum est supra num. 68. Quamobrem si in prædictis duobus casibus remoto impedimento solemnizatur votum Religionis ex perseverantia in primo consensu; multo magis ex eadem perseverantia remoto obice solemnizatur votum castitatis Ordini sacro annexum. Præterea generale est, ut ratificatio inducatur propter præcedentis actus continuationem, ut notat Socin. in *reg. 3. Taciturnitas ad aliquem obligandum*, in 4. *salen.* Postremo pro hac sententia est clarè Innocen. & alij supra citari. num. 31. Non enim dicitur sic ordinatum non teneri continere, nisi post pubertatem ratificet, ut male eos inducit Sanchez lib. 7. de *impedim. d. distin. 30. num. 9.* Sed dicunt teneri continere si contradicat statim post susceptum Ordinem, & in contradictione perseveret usque ad finem decimi quarti anni. Aut si statim post finem decimi quarti anni contradicat. Et sic aperte sentiunt à contrario ordinatum teneri si tacet, & non contradicat. Et ita ad hoc non requirunt ratificationem; imò nec requirunt ut ordinatus post ætatem adultam interiret an velit in Ordine remanere, necne, ut dictum est supra num. 34. Præterquam quod etsi requirerent ratificationem; illa tamen inducitur eo ipso quod ordinatus post ætatem legitimam infra triduum non reclamavit, quia censetur ratificare, ut ex dictis patet, & idemmet Sanchez fatetur sub num. 10. *in fine*, & *in seq.* ubi itidem admittit non requiri interrogationem. Eidem sententie adnumeranda est *glos. in hic*, & *DD.* qui simpliciter asserunt sic ordinatum teneri continenter vivere, & impediri matrimonium contrahere, si tempore ordinationis erat doli capax, alias secus; quæ distinctio communiter tenetur teste Imola in cap. *Ioannes*, n. 22. *supra de Cler. coniug.*

80 Porro huic conclusioni valde affine est quod de furioso censuit Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum. Quæsitum est enim, An furiosus habens dilucida intervalla ad Subdiaconatus Ordinem promotus continere te-

neatur; & dato quod teneatur, an sit ei concedenda dispensatio ut possit contrahere matrimonium. Die 23. Decembris 1607. Sacra Congregatio censuit teneri, si tempore dilucidi intervalli fuit promotus, vel si id etiam dubium est. An verò teneatur si dum mentis erat compos intentionem habebat suscipiendi Subdiaconatum, subitit major pars Congregationis; tamen si propterea quod non videtur verisimile furiosum quo tempore furor percitus erat. Ordinem suscepisse, respondit illum ad continentiam teneri. Ita responsio hoc modo est concepta, Aut tempore susceptionis non agitabatur furore, durantibus nempe dilucidis intervallis: & teneri. Aut agitabatur: & non teneri, nisi ante furorem habuisset intentionem suscipiendi. Aut non constat sana, an insana mentis tunc esset: & item teneri. Pondera decisionem in ea parte, in qua dicit ordinatum in furore ad continentiam teneri, si ante furorem habuisset intentionem suscipiendi Subdiaconatum: nam sicut ordinatus in furore, durante adhuc furoris impedimento ad continentiam non tenebatur, sed impedimento sublato illicò remansit obligatus ex vi Ordinis, & consensus præexistens: eodem modo ordinatus in ætate inhabili, durante ætatis impedimento ad continentiam non tenebatur, sed statim ligatus remansit eo sublato ex vi præcedentis consensus, & Ordinis jam suscepti, argum. c. *inter corporalia*, supra de *transl. Episc.*

84 Non obstat textus, quem Bellam. allegat in cap. *un. de dispens. in pub. lib. 6.* quoniam sponsalia idcirco ibi non censentur ratificata per remotionem impedimenti, quia fuerunt nulla ex defectu consensus. Quo casu ratificatio non inducitur, quia non est dare perseverantiam in priori consensu, qui nullus fuit, ut ostensum est supra num. 65. At secus est ubi actus ab initio non fuit nullus ex defectu consensus, ut hoc casu; tunc enim ex continuatione actus sublato obice bene inducitur ratificatio; ut per Socin. d. *reg. 3. in quarta salentis*, & constat ex dictis.

Explicit Commentarius in 3. Par. Quinti Libri Decretalium.

PROSPERI
FAGNANI
COMMENTARIA
IN SECUNDAM PARTEM
QUINTI LIBRI
DECRETALIIUM.



COLONIÆ AGRIPPINÆ

Apud IOANNEM WILHELMVM FRIESSEM, Iuniorem.

ANNO M. DC. LXXVI.

Cum Privilegio Sacrae Caesareae Majestatis ad Decennium.

PRO-